

Tertia questio ex Epistola Judae vs. 14. sic etiam tenuiter  
 moveri videtur, ut sensum et usum omnem efugiat. Ho tamen  
 nisi fallor, quavis. An Enochi oraculum tantum de impijs Eno-  
cho coavis ante diluivium: an tantum de impostoribus seu ἐπι-  
ποικίλοις, ut eos vocat Judas vs. 18. postremorum temporum  
loquatur? Tu posteris non patas: Ego nec prius. Loquitur  
 enim de utrisq; quia de omnibus, cum dicat, ποιῶντας κακίαν  
 κατὰ πᾶν τὸν καιρὸν ἐξεδέχθη πᾶντας τοὺς ἀβέβητους αὐτοῦ.  
 Nam quod sui temporis impijs iudicium Dei minetur Enoch,  
 dubium non est, cum omnes ἀβέβητους, maximeq; presen-  
 tes, quibus loquebatur, terrere voluerit. Quod verò etiam  
 impostoribus futuris minetur, aq; patet, quia προεφη-  
 τεύει: et quidem τῶν αὐτῶν, hoc est, istis ipsis, de quibus  
 Judas pronunciat, et quia Judas auctoritate Prophetiae  
 Enochi impostoribus futuris iudicium denunciat, idq; univ-  
 sate atq; extremum. Haec pauca ad Tua quosita habui,  
 quae nunc responderem. Tu sequeris, quod videbitur, Suae  
 muti huc usq; fuit. si aliquando incidery in hominem  
 Moguntiae, eum competes, de responso velim. Vale. Hei-  
 selbergae 12. July. Anno 1593.

232)

Epistola Responsoria  
 Serenissimi Principis  
 Friderici IV. Electoris Palatini  
 ad  
 Illustissimum Principem, Philippum Ludovicum  
 Comitem Palatinum Rheni, Duem Bavariae.  
 Pro assertione Exegeosae doctrinae de Coena Domini in  
 Ecclesis Reformatis receptae.  
 Ex Germanico D. Davidis Parei Latine, conversa.  
 Literas, quas celsitudo Tua nuperinè ad Nos misit rectè  
 accepimus, è quibus quid celsitudo Tua sentiat de Exegei  
 doctrinae.

Epistola Exegeosae illa  
 in Zacharia Ursini  
 oper. theol.  
 tom. 1. fol. 807.

Doctrinae Eucharisticae anno 1563. à Theologis Heidelbergensibus  
 scripta et edita, prolixè intelleximus. Nimirum arbitratur  
 Celsitudo Tua Exegesis illam neq; verbo Dei, neq; Augustanae  
 confessioni esse consentaneam. Hortatur proinde Nos, ut  
 abjecta doctrinâ illâ, ut et Confessione Nostrâ de Personâ  
 Christi et Sacramento, Ecclesias et Scholas Palatinatis no-  
 stri reformemus ad exemplum Celsitudinis Tuae; ad quod  
 quidem institutum Nobis opem suam benevolè pollicetur  
 et offert. Etsi verò C. T. propensam erga Nos vo-  
 luntatem exinde asatim perspiciamus, gratosq; animo  
 agnoscimus, tamen ea Nos tenebat spes, C. T. Exegesis  
 doctrinae nostrae ex verbi divini praescripto institutam  
 paulò diligentius fuisse consideraturam; adeoq; citra  
 omne praesudicium veritatem illi perspiciaturam. Neq; n.  
 speramus, fundamentalem illam Exegesis doctrinam ortho-  
 doxam cuiquam vel minimi etiam erroris ansam pra-  
 bituram, multò verò minus alienam seu contrariam  
 esse. Augustanae Confessionis, aut deniq; illa comparatam,  
 ut ab ipsis verbis Christi quemquam abducere queat. Quod  
 quidem modo ulla ratione nobis demonstretur, continuo su-  
 mus improbaturi, et parati, aliam veriore, literisq; sacris  
 magis consentaneam doctrinam amplecti. Atqui per Dei  
 gratiam huc usq; firmiter sumus persuasi, doctrinam de  
 Sacramento tam in genere, quam in specie de verâ scilicet  
 et salvifica participatione, ac fruitione corporis et san-  
 guinis Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi, in sacra  
 Coenâ: itemq; de duabus naturis in personâ Jesu Christi  
 personaliter et inconfuse unitis, esse per omnia consen-  
 tanea tum primâ institutioni S. Coenae, tum totâ verbo

Dei, ut et aecumenicis Ecclesiarum Symbolis; nec non emenda-  
te et approbata Augustana Confessione ejusdemq; apologia,  
quam omnino verè atq; ad normam sacrae scripturae intellectam  
Nos ore et corde profitemur.

Exegesis præterea omnibus pijs ita solida semper visa est, ut  
ipsis adeo xxviii. annis Christiana veritatis studiosis apprime  
placuerit, atq; ita avidè fuerit suscepta, ut ne Adversarii qui-  
dem ausi sint reprehendere aut impugnare.

Enim verò utrò fatemur, in Exegesi sive explicatione vera  
doctrina de sacramentis in genere, et in specie de S. Coena  
abduci forte homines et alienari à Papistica illa superstiti-  
one, quæ statuitur corpus et sanguinem Christi substantia-  
liter latere sub speciebus, sive accidentibus panis et vini, oræ  
etiam à pijs et impijs percipi. Quam quidem opinionem  
utpote Augustana Confessione et ejusdem Apologia nimis  
consentaneam in tantâ Evangelii hæc C. T. arridere, Nos  
huc usq; ignoravimus. Hanc quippe invisibilis corporis  
et sanguinis Christi, in et sub speciebus panis et vini la-  
tentium non agnoscit prima Coena institutio: neq; citra  
violentiam verborum Christi detorsionem inde extrahi  
potest: cum in confesso sit, Christum visibilem panem  
et visibile vinum, non autem invisibile quid sub spe-  
ciebus panis et vini latens appellasse, veram ac substanti-  
ale suum corpus pro nobis traditum: idq; non ob Trans-  
substantiationem unius in aliud, aut consubstantiatio-  
nem unius in, cum et sub alio. Sed propter sacramen-  
talem analogiam, participationem et fructificationem unius  
per aliud, in vero et legitimo usu sacramenti: qui non  
fit absq; fide, ut loquitur apologia Augustana Confessionis.  
Præterea Protestantes statuerunt hanc loquendi aut credendi  
formulam

formulam de presentia corporis et sanguinis Christi sub spe-  
 ciebus panis et vini, qua proprie importat Transsubstantia-  
 tionem Papisticam, quo sensu etiam in Coniitiis Augustanis à  
 Cesareâ Majestate fuit approbata, naturam abiecerunt, vix  
 dum nimirum è Coniitiis digressi Anno XXXI. usq. ad compi-  
 lationem Concordiæ Bergensis, præcipue verò Anno XL, XLII.  
 et LV. in Coniitiis Wormatiensibus et Francofurtensibus, postea  
 verò Naumburgi anno LXI. subscripserunt primo exempla-  
 ri juxta declarationes factas Anno XL et XLII. ut apparet  
 ex Prefatione Naumburgensis Congressus. Orally autem man-  
 dicationis, et participationis impiorum, vel in primo vel  
 in cæteris exemplaribus nulla prorsus fit mentio. Quæ duo  
 capita controversa ita quidem sunt comparata, ut vel autho-  
 res illorum ultro fateantur, ad salutem minimè esse ne-  
 cessaria, quin immo plurimis cedere, ad damnationem pa-  
 lam affirmare non dubitent. Etsi verò formula illa Papisti-  
 ca de qua paulò ante diximus, quorundam Theologorum dolo  
 ac fraude in Confessionem Augustanam denuò est intrusa,  
 et variis glossis atq. interpretationibus palliata, ne scilicet  
 Papistica esse videatur, nihilominus tamen retinet lite-  
 ralem suum sensum sive tò puto, quod tantopere in  
 his controversiis Eucharisticis urgere solent Pseudo-Lu-  
 therani Theologi: et non nisi de Transsubstantiatione  
 intelligi poterit, quorumq. etiam furo pallietur.  
 Quamquam verò C. T. Exegesi Theologorum Nostrorum  
 minimè approbet, et refutationem illis nobis transmisit,  
 haud gravatè tamen elenchum illum perlegimus; unde no-  
 bis, coeteroquin in gravissimis et arduis hisce controversiis  
 paràm exercitatis haud obscurum fuit observare, quam gra-  
 viter à C. T. Theologis sæpius fuerit peccatum. Quod C. T.  
 tam ex fundamentali Exegesi, quam ex alijs de hoc argumento  
 editis libellis facile observabit. Eum in finem summam

Doctrina nostra orthodoxa brevi hoc scripto comprehensam  
C. T. communicamus, rogantes, ut in bonam partem brevem  
hanc nostram Apologiam interpretari ne dedignetur.

Defensio Capituli I. Exeges.

Quid de sacramentis in genere. doceat S. Scriptura.

De primo Exegeseus capite, candidè pronunciamus, abiq; gene-  
rali doctrinâ sacramentorum haud facile intelligi posse, cum  
Baptismus et Coena dicantur sacramenta: eo quod generalis  
haec tractatio omnibus sacramentis non solum magnam probe-  
at lumen: sed varios insuper errores circa doctrinam sa-  
cramentorum avertat: ne scilicet sacramenta habeantur  
pro nudis et otiosis ceremoniis, aut in idololatrica conver-  
santur miracula. Quod fit, nisi attendatur, quid sint sacra-  
menta: ad quem finem à Deo instituta: quis eorum verus  
usus: et certè Papa Romanus, ut constat ex historiis Eulo-  
gastii, Transubstantiationem et sacrificium Missae ante  
stabilire non potuit, quam generalem doctrinam de sacramen-  
torum substantiâ sine et usu funditus everteret. Notum  
enim est, in publicis Ecclesiarum Confessionibus doctrinam  
hanc generalem jam pridem fuisse traditam: ac res ipsa docet,  
Augustanam Confessionem nec non apologiam praecipua sua  
argumenta contra Transubstantiationem et Missam petere  
ex generali doctrinâ sacramentorum.

Proinde nullo modo arbitramur, fundamentum huius doctri-  
nae generalis de sacramentis posse dici arenosum et lubricum.  
modò ex Scripturâ sacra juxta normam Veteris et N. Testa-  
menti solide explicetur: quod profectò dilucidè admodum  
factum est in Exegetico libello, in quo nullos omnino errores  
commisos fuisse contra Dei verbum, Nos quidem certò  
persuasum habemus.

Sacramenta namq; esse visibilia signa et signa gratiae Dei,  
organa

organa item spiritus sancti ad confirmationem fidei nostrae,  
 annexa promissionibus Evangelii, neque esse nuda aut inania  
 signa, sed vera sigilla gratiae et signa, ut loquuntur in scholis,  
 exhibitiva, quibus omnes thesauri coelestes verè acceptantur,  
 et fidelibus conferuntur in vero ac legitimo usu: qui in eo demum  
 consistit, quando ceremonia à Deo demandata in verà refi-  
 pientia et contritione cordis ad confirmationem infirmæ  
 fidei usurpantur: hoc, inquam, omnia salutis nostræ fun-  
 damenta in Exegeticis libello ita perspicuè ac sejunctè etiam  
 ex Augustiniana Confessione ejusq; Apologia proponuntur, ut  
 quin verbo Dei per omnia sint consentanea, nemo pius du-  
 bitare possit aut debeat. Optandum autem, contentiosos non-  
 nullos Theologos et verba et sensum illorum rectè percipere,  
 quibus proin liquido innotesceret, externa elementa in sacra-  
 mentis specialibus, Baptismo et Coenâ et esse et rectè appella-  
 ri donorum spiritualium in Evangelio promissorum Cy-  
 cneis et Obsequiis, hoc est, signa et sigilla.

Malè verò C. T. persuasa est Exegeticum libellum à se ipso  
 dissentire, dum in speciali doctrinâ tantum nesciunt ana-  
 logicè confirmationis et obsequiationis: tanquam si revera  
 in sacramentis nihil conferretur communicantibus. Nam  
 Exegetis sibi per omnia constat, docens in vero ac legiti-  
 mo usu sacramentorum promissiones Evangelii per sacra-  
 menta tanquam per signa non solum significari, et per si-  
 gilla obsequari: sed per ea quoque, velut divina organa et ve-  
 dia reipsâ fidei nostræ offerri: quamvis cum ipsis externis  
 elementis physicè aut localiter non cohereant, neque in illis  
 lateant: sed in verbo gratiæ elementis annexo credentibus  
 esse presentes: earumque fructificationem et participationem non  
 physicè aut corporaliter, sed mysticè et spiritualiter, verissimè  
 nihilominus et certissimè fieri.

Sacramenta verè  
 exhibent id, quod signi-  
 ficant et obsequant  
 in vero usu, etsi  
 non corporaliter,  
 sed spiritualiter.

Quare non sine admiratione legimus, C. T. videri merè humanam  
et à ratione humanà confictam illam locutionem de Baptismo:  
Aquam non posse abluere peccata, sed solum sanguinem et spiritum  
Christi id efficere: Nam solum sanguinem et spiritum Christi  
Non aqua baptismi, sed sanguis et spiritus habere vim peccata abluendi et purgandi clarè testatur non ratio  
Christi in Baptismo proprie nos abluunt humana sed ipsa S. Scriptura 1. Joh. 1. 7. et 1. Cor. VI. 11. Nusquam  
et purgant à peccato. vero legitur, eandem vim aqua quoque concessam esse. Novum  
hoc est commentum Theologorum, qui vim abluendi peccata ab  
vide Amberg: aurum solute tribuunt aqua, ita ut par sit vis et effectus utriusque,  
sealam salutis part. II. aqua nimirum et spiritus S. Quin imò idem Theologi non  
substant sanguinem Jesu Christi planè excludere ex Baptismo.  
I. Andr. Disputatio- Quid idololatrica et Thomistica est opinio, è diametro pugnant  
ne de Baptismo. thesi. 2. cum expresso Dei verbo, cum Augustiniana Confessione et ejusdem  
Schmalcald: artic: apologia, nec non articulis Chomaldicis.  
V. de Baptismo. Manet nihilominus Baptismus lavacrum regenerationis  
et renovationis spiritus sancti, per quam ipse Christus Ec-  
clesiam suam purgat, renovat et salvat. Aqua enim non  
constituit integrum Baptismum, sed aqua verbo Dei et pro-  
missioni divina copulata.  
Ac nostri quidem Theologi ignorant Prædicationes verbales:  
agnoscunt autem  sacramentales, in quibus res et nomina divi-  
na attribuuntur externis elementis: ad evitandam superstiti-  
onem operis operati. (de qua paulò ante) et ad differentiam  
eam denotandam: quâ innuitur, sanguinem et spiritum Chri-  
sti esse principalem et solitariam causam efficientem: exter-  
num verò sacramentum Baptismi esse causam instrumen-  
talem, in quam Christi sanguinem et spiritum suum non  
mutet aut occultet, sed per quam nos in legitimo usu pu-  
rificationis sanguinis sui, ac renovationis spiritus sui per  
veram fidem reverè faciat participes. Quare si statim  
C. T. Nos benevole illi admonitioni libenter locum daturus,  
nec vel latum unguem discessuros ab eà doctrinà, quam à  
teneris hausimus ex verbo Dei et Catechesi religionis Christianæ  
Baptismum

Baptismum scilicet non tantum esse Aquam, sed aquam ver-  
bo et promissione divina comprehensam et eidem annexam,  
ut sacramentam: effectus insuper illos, qui in scriptura Baptismo  
attribuuntur, non ab ipsa aqua produci, sed a verbo aquae an-  
nexo, et fide, quod in Baptismo nitatur verbo Dei.

Rursum igitur et nos confidimus, C. T. ab hac vera sen-  
tentia, quam modo attulimus, nullis mortalium instinctu,  
nullave specie, divotum iri: neq; idololatricam illam opi-  
nionem de inclusione efficacis spiritus sancti in Aquam, quae  
operis operati basis est, et fundamentum, ulla ratione ap-  
probaturam: multo vero minus erroneam illam doctri-  
nam in Territoriis sui Ecclesiarum ac scholarum introducituram.

Porro in doctrina de Sacramento (sicut Theologi Reforma-  
ti nihil sibi videntur adversari. Nulla namq; est contra-  
dictio in his propositionibus. Verum Christi corpus et san-  
guis non exhibetur aut percipitur in externis symbolis  
et elementis panis et vini: Et verum Christi corpus et  
sanguis in sacra Eucharistia vere praesens est, vereq;  
in usu legitimo exhibetur et percipitur. Nisi quis  
forte perperam credat, integram coenam constare, ex so-  
lis symbolis: nihilq; in coenam exhiberi aut percipi, quod  
non idem quoq; sit praesens, aut lateat in ipsis externis  
symbolis: cum tamen iuxta apolvyriam Augustanae Con-  
fessionis et Catechismum Lutheri, verbum promissionis  
symbolis annexum sit praecipua pars S. Coenae: in quo  
scilicet verbo verum corpus et sanguis Christi: cum omni-  
bus suis beneficiis vera fide exhibetur et percipitur.  
Omnia quippe sacramenta tam Veteris quam Novi  
Testamenti eadem bona spiritualia nobis represen-  
tant et exhibent, **HAESTVM** videlicet cum omnibus suis

i. Cor. III. 3-4.  
August. Tract. 26 in  
Joh. Comederunt  
escam spirituales  
quam nos.

Joh. VIII. 58.  
Apoc. XIII. 8.  
Heb. XIII. 8.  
Joh. VI. 53.

beneficiis. Quod quidem verissimum esse, nullâ ratione  
humanâ aut syllogistico discursu intellectus nostri per-  
suademur, sed solâ authoritate. S. Scriptura, quæ perspicuè  
et evidenter testatur, Patres olim non minus atq. nos spi-  
rituales cibum ac potum, nempe CHRISTVM edisse ac  
bibisse: Abrahamum vidisse diem Domini: Christum esse  
agnum illum mactatum ab initio mundi. Christum esse  
heri et hodie et in omnem eternitatem hominem unum  
lum verè vivere, nisi qui edat carnem Christi et bibat  
sanguinem ejus. Symbolum præterea Apostolicum nos  
commonefacit, Ecclesiam Catholicam ab initio mundi  
ad finem usq. esse communionem sanctorum, nempe cum  
Christo et inter sese.

Sacramentaria  
sunt novi artien-  
ti fidei, sed sigilla  
promissionum  
Evangelii in ar-  
ticulis fidei com-  
prehensarum.

Neg. videntur, cur C. T. improbet illud, quod dicitur in Exegesi  
Deum in sacramentis non novos nobis proponere articulos  
fidei; tanquam si in sacramentis nihil sit, quod non nisi  
fide percipi debeat, sepositâ omni ratione humanâ. Male  
profecto sic colligit C. T. quod tum demum verum esset,  
si duodecim articuli fidei imperfecti forent, aut sanè non  
tam fidei, quam rationis essent articuli. Si item Apolo-  
gia Confessionis Augustana falsitatis argui posset, in qua  
soties iniuicatur. Verbum signis sacramentalibus annuncian-  
esse promissionem gratiæ et Evangelii: et per externa  
signa idem illud significari, quod in verbo docetur. pe-  
terum ut dixi, in Exegesi nullam observavimus fieri men-  
tionem Prædicationum verbalium. Norunt verò Doctri-  
ores, in Dialectica nullas esse propositiones verbales  
vel non verbales: eò quod nulla aliter nisi per verba  
veluti signa, ut docet Aristoteles, possint enunciari.

Quid sint Propo-  
sitiones ver-  
bales.

Quod si verbales eas habeat appellare, in quibus nihil vel  
rei vel veritatis subsit, hoc est, quæ totæ falsæ sint,  
certè tales non poterunt esse, quas nos sacramentales  
vocamus

vocamus, quae verum Sacramentorum sensum et usum perspicue explicant, in quibus scilicet externa signa et symbola in vero ac legitimo usu vere sint, et exhibeant id, quod significant, et in quem finem à Deo sunt instituta: quanquam non physice vel substantialiter, sed, ut, loquitur Augustinus, Sacramentoteny; quia scilicet res invisibiles significantur et obfignantur per res visibiles, quibus cum ille in legitimo usu percipiuntur. Harum locutionum usus passim è Sacerdotibus literis demonstrari potest: imprimis ex istis locis Gen. XVII. v. 10. II. Rom: W. II. Exod: XII. 11. 14. 27. et I. Cor: XI. 24. 25.

itemq; ex scriptis Patrum et veterum Ecclesie Doctorum. Absit vero, ut locutionibus sacramentalibus vel scriptura sacra depravetur, vel spiritus sanctus in ordinem redigatur.

Secus n. Deus pariter accusari poterit, quod de circumcissione dicit: Hoc est foedus meum: et de eadem pauli post. Circumcisio est signum foederis mei: *Deus ipse est Author phrasium sacramentalium.*

Circumcisio est signum foederis mei: Neq; n. circumcisio sic dicitur propter nudam significationem, sed potius propter obfignationem et exhibitionem gratie foederis in vero usu signi foederis. Quod si quis pertinacius contendat, phrases illas non esse sacramentales, sed physicas et essentielles: inter sacramentale namq; et essenziale non datur tertium: quando scriptura inquit: Circumcisio est foedus Dei: Agnus est pascha, sive transitus: Petra est Christus: Baptismus est ablutio peccatorum, regeneratio et renovatio spiritus sancti: Panis est corpus Christi: Poculum est novum Testamentum: necessario approbare cogetur idololatricam Papistarum Transubstantiationem; aut sane in ordinem rediget verba Christi et spiritus sancti, si hæc verba s. Coena: Hoc, et PANIS, explicet per hæc verba: IN HOE PANE. vel SUB SPECIE PANIS: An non hoc revera est reprehendere spiritum sanctum, quod

Vide etiam An-  
madversiones in  
scalam auream Sa-  
lutis part. II.

loco harum sacramentalium locutionum non usurpatis  
propriis et essentialibus predicationibus?

De hinc non dicit Epegeticus libellus, res sacramentorum non  
percipi e manu Ministri, sed immediate e manu Dei: sed  
hoc potius: Deum res sacramentorum in legitimo usu re-  
vera fidelibus in sacramentis distribuere: Ministros vero  
illas ipsas res invisibiles in manu sua habere, et corpora-  
liter exhibere, communicantibus, nusquam in sacri-  
teris docetur. Nam Johannes Baptista et S. Paulus in ver-  
bo et sacramentis nihil praeter externum ministerium  
sibi adscribunt: soli scilicet Deo et Christo internam  
efficaciam et donorum promissorum exhibitionem re-  
linquentes. Manent nihilominus Ministri Evangelii <sup>diffin-</sup>  
satores mysteriorum Dei: quia Dei sunt nuncii loco Chri-  
sti, per quorum ministerium Deus ipse operatur: tamen  
hoc illorum mysterium ab operatione Dei in verbo et sa-  
cramentis manifestis discernatur: nam Dei vim et ope-  
rationem propriam attribuere hominibus, summa est ido-  
latria et peccatum non levius, quam si quis vim illam  
Dei plane velit separare et divellere, a sacro Ministerio.  
Quod vero hinc inferri et obijci solet, duplicem hanc ra-  
tione fieri Baptismum, et duplicem Oenam; jam pridem

Scala Aurea salutis  
parte II. p. 155.  
Vide et Commentar.  
Parsi ad Rom. 2.  
v. 28.

refutatum est in animadversionibus ad Scalam auream  
salutis. Quenadmodum enim absurdum foret dicere Paulum  
cum de circumcisione loquens Rom. 2. 28. discernit circum-  
cisionem carnis a circumcissione cordis, facere ex unica  
circumcissione duas: ita non est cogitandum duas fieri  
Baptismos, quando ex scriptura distinguimus abluitionem  
externam et visibilem, quae fit aqua, ab interna et invi-  
sibili, quae fit per sanguinem Christi.

Luc. III. 16.  
Joh. V. 26-33.  
i. Pet. III. 21.

Porro num sacramenta etiam infidelibus et hypocritis sint  
sacramenta,

Sacramenta, hoc est, signa et sigilla gratiae Dei, quoad tales esse perseverant, explicat disertè Paulus, quando de Circumcisione, ait Rom. 2. 25. fieri illis, qui legem Dei non servant s. nempe neque in se neque in Christo per veram fidem: / proprium: hoc est, non esse illis signa gratiae, sed in illis vim suam amittere.

hic i. Cor. XI. 20. ait de S. Coenâ, non esse illis coenam Domini, qui eam non rectè utuntur, quod tunc multi ex Corinthiis faciebant. At cum sacramenta sint verbum visibile, infidelibus et hypocritis nullam gratiam exhibere possunt; quibus scilicet verbum nil nisi iram Dei et condemnationem denunciat. Neque sacramenti rationem quicquam habet extra usum à Deo mandatum, juxta vulgatam illam regulam. Nihil habet rationem sacramenti extra usum divinitus institutum. repetit. de Coenâ.

usus vero sacramenti non consistit solummodo in externis ceremoniis, sed in legitima eorundam perceptione, per veram fidem scilicet. Apologia namque Augustanae Confessionis saepius hanc sententiam repetit. Ad verum usum sacramenti necessaria est fides. Tit. de sacram. et eorum usu.

item: sicut promissio irrita est, nisi per fidem acceptetur; ita quoque ceremonia, sive externa signa nil profunt, nisi adsit fides, quae reverè statuit remissionem peccatorum verè nobis dari. Tit. de vero usu sacram. et de sacrificio

Neque propterea Deus verbum suum mutat: multo verò minus infidelitas hominum evertit veritatem Dei; quin potius infideles et hypocritae sacramentis abutentes graviter peccant: siquidem Deus infidelibus nihil promittit, sive in verbo, sive in sacramentis; quoad tales permanserint, tamen ubique gratiam illis offerat eam conditione fidei et poenitentiae. Deus infidelibus in verbo et sacramentis nihil promittit; neque propterea verbum et sacramenta mutantur: quamvis propter infidelitatem suam infideles nihil percipiant.

quod si igitur impij sese in sacramen-

torum administratione infidelitate sua sponte intrudent, neque  
inde ullum fructum salutarem percipiant: nihilominus ver-  
bum dei et veritas respectu fidelium non mutatur, neque fit irri-  
tum. Sacramenta item manent sacramenta hoc est, sigilla gra-  
tia, nempe in se et respectu fidelium. sic sol in coelo pro-  
pter coecos aliquos, quibus lucere <sup>non</sup> potest, manet sol, neque splen-  
dorem suum mutat aut amittit; sed lucet videntibus. Hypo-  
crita tamen tripliciter peccant, dum videlicet utuntur  
sacramentis, solis fidelibus a deo institutis; atque ita profu-  
munt apud se, quasi deo et hominibus possint imponere, atque  
infidelitate sua gratiam oblatam repellere, aut pedibus  
conculeare: quemadmodum loquitur scriptura.

Ceterum quid ii, qui non sunt electi, sive reprobi in sacra-  
mentis percipiant, nunc iam non disputamus: contenti  
patefacta illa sententia Evangelii, qua dicitur dicitur,  
Christum sola fide percipi, et per eam habitare in cor-  
dibus Electorum. Inde fit ut soli credentes, tam in sacra-  
mentis quam in verbo fiant participes Christi et benefi-  
ciorum eius: atque ita adoptionis suae non modo probabiliter

Eph. III. 17.

sed vere omnino atque indubitato per Baptismum sint  
certi. Infideles autem, quoad tales sunt, de Christo aut  
beneficiis eius nihil participant, juxta illud: Qui credit  
et baptizatus fuerit, salvabitur: qui vero non credi-

Marc. XVI. 16.

derit, condemnabitur. item Qui credit in Filium, ha-  
bet vitam eternam, qui vero in filium Dei non  
credit, super eum manet ira Dei.

Joh. III. 36.

Nam vero fideles ante iacta mundi fundamenta a deo  
in Christo ad vitam eternam sint electi: infideles  
non sint electi: in sacramentis non queritur, nisi a  
curiosis Sophistis, qui omnia solent confundere. Neque  
id tamen ex verbo dei est obscurum.  
Nos quidem unice exoptamus controversias hasce nunquam  
in Ecclesia

285

in Ecclesia motas fuisse, vel saltem majori moderatione à nonnullis Theologis Decisas: qui arcana Dei non sine summa curiositate scrutari solent, quin et temere sepe ritu Epicureorum Majestatem divinam ludibrio habent alio naso suspendentes, quicquid de Electis Scriptura meminit; quos quidem Lycophantus nos nihil moramur. Nec tamen videmus, quid Exegeseos illa verba à C. T. allegata habeant incommodi, nisi dicamus, Neam tam arctè medijs esse alligatum, ut per illa egi in infidelibus ac fidelibus cogatur operari gratiam suam: aut sane nisi vocem electi ex Scriptura expungendam esse statuamus. Pari ratione inconvenienter quoque allegatur dictum Beza ex Apologia Heidelbergæ excusâ. Nam quæ illius de hisce mysterijs sit sententia, abundè ex prædicto libro colligere est, ubi ex Scripturâ sacrâ et antiquis Patribus quid sentiat, disertè explicat. Multa verò illi ad Adversarijs, qui quidvis cavillari solent, affinguntur, quæ ne per somnium quidem illi in mentem venerant, sicut ostensum est in Animadversionibus ad scalam auream salutis Parte II. quem libellum C. T. serivè commendamus, ut pro meliore informatione illum legere non dedignetur.

Defensio Capitis II. Exegeseos.  
Quid de Coenâ homini in libris Apostolicis sit traditum

In hoc capite Exegeseos integra verba institutionis de industria non recitavit, quod scilicet ea jam notissima forent et propriè instituti sui esset controversias bene explicare, quæ non de singulis verbis institutionis neque veri soleat, sed tantum de verbis promissionis. HOC EST CORPUS MEVM. quæ quidem cum omnibus suis circumstantiis fasè repetit, et lapistica Transsubstantiationi panis in corpus Christi opponit. Neque est, quod celsitudo Tua

uicini sinistri hoc accipiat. Nam idem quoque factum ab alijs  
Theologis.

- Scribit autem Exegetes in hoc secundo capite, Christum in locum  
agni paschalis novum instituisse sacramentum. s. novum  
1. scilicet panis et vini in congregatione fidelium distribuendi  
ritum, eumque Ecclesia sua servandum praecepisse, donec redeat  
2. eo fine 2. ut sacro illo ritu, tanquam certo ac visibili pignore  
re ac testimonio in memoriam sibi revocet, atque unicuique  
credentiam confirmet, se non pro alijs tantum, sed etiam  
pro quovis corpore suum in mortem tradidisse, et sanguinem  
suum effudisse, atque animam illius ad vitam aeternam pasce-  
3. re. 3. Spiritualem insuper cibum ac potum non ore corporis,  
4. sed vera fide percipi: 4. corpore autem et sanguine Christi  
passi, aliud nihil esse, quam vera fide per Christum habe-  
re remissionem peccatorum propter unicum sacrificium  
Christi in cruce peractum: adeoque in ipso vitam aeternam  
justitiam et gloriam possidere, ac tandem Christo confer-  
mem fieri.

Quam sanam doctrinam, cur C. T. minime probet, equidem  
valde miramur. Nam primum membrum in verbis institu-  
1. tionis perspicue exprimitur, cui proinde nemo unquam con-  
tra dicere fuit ausus. Exegetes vero non loquitur de vulgari  
aut communi cibo ac potu panis et vini, cui nihil pre-  
terea sit additum; sed agit de cibo ac potu panis et vini,  
quatenus sunt sacramentum a Deo institutum, in quo et  
per quod quivis fidelis corpore et sanguine Christi veri  
cibatur et potatur.

Alterum membrum itidem continetur in verbis institu-  
2. tionis: QUOS PRO VOBIS DATUR: QUOS PRO VOBIS TRADIDIT.  
Haec verba citra omnem  
controversiam sunt consolationis plenissima, et ipsam Coenam  
Dominicam usum ostendunt: quemvis scilicet fidelium certum  
admoneri

1. Novus ritus sacra-  
menti (caend.)

2. Coena est sacra-  
mentum mor-  
tis Christi.

admoneri, Christum non solum pro aliis, sed etiam pro quovis cor-  
pus suum in mortem tradidisse et sanguinem suum effudisse.

Tertium et quartum membrum ex eisdem verbis institutionis  
petere licet: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.  
Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur ad remissionem

peccatorum: Hae enim sunt verba promissionis gratiae, ipsis  
sacris signis panis et vini annexa: quam proinde nemo accipit  
nisi per fidem, quod ipsum quoque expressè fatetur apologia Au-  
gustanae Confessionis. Promissio autem gratiae Evangelii nullum  
aliud cibum ac potum spirituale ac vivificum nobis repre-  
sentat in Sacramento Coena, quam corporis et sanguinis Jesu  
Christi, ut videre Joh. VI. Et si enim non ignoramus, Chri-  
stum capite illo septo non instituisse Sacramentum Coenam, sed ult-  
imam nocte, qua proditus est, tamen dubitari minimè debet,  
hanc promissionem Coena; Hoc est corpus meum, quod pro  
vobis traditur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur  
in remissionem peccatorum: esse eandem illam promissionem  
Evangelii, de qua Christus agit Joh. VI. cap. v. 51. 54. 55. de visi-  
bili scilicet Sacramento propter infirmitatem nostram quasi  
vestitam et confirmatam, idque ob hanc potissimum rationem:  
quia S. Coena est Sacramentum, Sacramenta autem sunt sigilla  
eiusdem illius gratiae in Evangelio promissae, neque alterius ali-  
cujus, sicut quosdam testatur Confessio Augustana ejusdemque  
apologia. Quare rectè dicitur, visibilem et corporealem fracti-  
onem panis et vini in Sacramento coena esse certissimum  
pignus ac sigillum invisibilis ac spiritualis fractionis corporis  
et sanguinis Christi promissae in Evangelio Johannis. Unde  
ab antiquis Patribus caput illud septimum Johannis rectè usurpa-  
tum fuit ad explicationem spiritualis promissionis hujus  
Sacramenti, tametsi ad ipsas externas ceremonias Coena  
Domini ea proprie non pertineant. Ex quo tamen minimè  
sequitur, planè non pertinere ad Sacramentum Coenam, eo quod

de Ho 1593

3. Est cibis spiri-  
tualis.

4. sola fide percipi-  
tur in remissio-  
nem peccatorum.  
Tit. de vero usu  
sacram: et sa-  
crificio. Et  
de Sacram: et  
eorum vero usu

Promissio Coena  
Hoc est corpus  
meum: re ipsa  
est eadem illa  
promissio Joh: VI.  
v. 51. 54. 55.

Sextum Caput Jv. ceremonia non constituunt totam coenam, sed partem duntaxat.  
hannis, et si non  
pertinet ad cere- Promissio vero altera est pars coena et quidem praecipua.  
moniam, perti- Proinde nullam videntur discrepantiam aut pugnantiam inter ver-  
net tamen ad ba Christi, et inter verba Exegeta. Quia potius ingens Nos obser-  
promissionem. vany discrimen inter verba Christi: Hoc panis hic est corpus  
quod pro vobis traditur: et verba illa: in et sub hoc pane vel  
specie panis: latet meum corpus, quod pro vobis concedendum  
datur, quemadmodum interpretantur illi, qui oralem manducatio-  
nem faciunt praecipuam partem S. Coena, quam tamen Christus  
nunquam in Evangelio promissit, imo vero disertè refellit Joh. VI.  
vs. 62. 63. Rectè autem statuit et sentit C. T. Filium Dei, ver-  
ba Testamenti sui non aliter intellexisse, quam ea est locutio;  
Id nos quoque toto pectore credimus et libenter profiteamur. At  
verò, si ut modò dictum, sic est loquutus: Hunc panem esse  
suum corpus: hunc calicem esse suum sanguinem: si item  
Christus nullam mentionem fecit corporalis mutationis aut la-  
tentis unius in altero: quin si Christus ipse sacramentalem  
explicationem addidit: Hoc facite in mei recordationem  
Et hic calix est novum Testamentum per meum sanguinem  
et S. Paulus; Panis, quem frangimus est communio corporis  
Christi. etc. certè nulla opus amplius erit disceptatione: ut  
scilicet verba Testamenti sui Christus aliter quam sacra-  
mentaliter vel pronunciarit vel intellexerit. An non sint  
clara et perspicua: An denique in Testamentis singula verba  
proprie vel secundum litteram sint intelligenda: praesertim  
cùm nullum sit dubium, verba sacramenti: Est et parate  
Luci: XXII. 8. Pascha sive transitam, ut illum edamus: non minus fuisse  
clara et perspicua, quam si secundum litteram dixisset:  
Abite et parate nobis sacramentum: vel memoriam transi-  
Gen. XLIX. tus. sic in Testamento Patriarchae Jacobi et Regis Davidis  
2. Sam. XXIII. multa verba impropria occurrant. Quin Deus ipse in Veteri  
Test: sacramentales locutiones, et nihilominus perspicuas  
usurpavit. circumcisio est foedus meum. Et Filius Dei in  
coena

Coena sua calicem appellavit Novum Testamentum, hoc est, sagramentum et sacrum sigillum Novi Testamenti.

Disputatio illa περὸς τὸν θάνατον, quae à C. T. movetur de morte Christi, Exegehe tum quidem in mentem <sup>non</sup> venit: neq; hoc seculo, quo coeteroquin plurima alia minus necessaria Controversia glescunt, unquam nota fuisset. Dum enim Orthodoxi loquantur de applicatione beneficiorum Christi et mortis ipsius, et hanc juxta promissiones Evangelii solis fidelibus adscribunt, eae sunt alii, qui sophisticè ad ipsam meritum Christi id referunt, quasi mors Christi tantum sit sufficiens pro fidelibus, eorūq; accusare solent Theologos Reformatos, quasi negent, Christum pro omnibus esse mortuum, aut dicant non satisfecisse pro omnibus. Quis verò sit status controversiae, dilucidè explicatum est in Animadversionibus ad scalam aedream salutis, ut et Diatriba de morte Christi, praesertim Cap: V. IX et X. Nimirum quæri solet. An Christi ita pro omnibus sit mortuus, ut per ejus meritum et satisfactionem omnes etiam reprobi et infideles, Turci, Ethnici et Epicurei, non minus quam omnes alii fideles Christiani seipsa iterum reconciliantur gratia Dei, et remissionem peccatorum consequantur, justificentur, et sanctificentur, si-ve credant, si-ve non. Item: An Evangelium doceat duplicem remissionem peccatorum; unam generalem, quae omnibus hominibus pronisive, Turcis et infidelibus sit communis; alteram specialem, quae propria sit Electorum Credentium?

Status Controversiae de morte Christi.

Item: An nunc nemo ob peccata sua, sed tantum ob incuriam suam damnetur.

Portentosa haec quaestiones non à Nostris Theologis primùm sunt mota, sed à C. T. Concione Aureo. D. Jacobo Heilbrunnero, et Synonymis ceteris: plane contra expressam sententiam Evangelii, adeorūq; ipsum fundamentum Christianismi. Defensio Capituli III. Exeges:

Hubery Thes: 65. 133. 270. Joh: III. 36. Eph. II. 2. 2. Tim: II. 26.

Quis sit status controversiae de Coena Domini in Ecclesiis Evangelicorum.

In hoc capite non mirum accidisset C. T. Exegesi saepius rotunde

fateri in S. Coena Domini non tantum panem et vinum, sed  
etiam essentiale ac verum Christi corpus et sanguinem mandu-  
cari ac bibi, nisi contrarium Italicus Concionator auribus  
C. T. instillare conatus fuisset. Nam per Dei gratiam in Eule-  
sis nostris id quidem nemini unquam aliter in mentem venit.  
Quam palam et publice fatemur, pro legitima Coena illam mi-  
nimè habendam esse, in qua non manducatur et bibitur essen-  
tiale ac verum Christi corpus et sanguis.  
Ad hanc verò manducationem et bibitionem in Coena nullo  
modo requiritur corporalis presentia aut latentia corporis  
et sanguinis in externis signis et elementis panis ac vini: sicut  
et in ipsa prima Christi coena talem presentiam corpo-  
ralem aut latentiam in symbolis requirebant Apostoli. Nam  
ut dictum, fides nostra non adheret ipsis externis elemen-  
tis, sed quaerit et apprehendit Christum in verbo promissio-  
nis, qui Nucleus est coena Domini, et ejus principalis pars.  
Eadem nostra fides ostendit nobis humanitatem Christi non  
ubique aut invisibiliter latentem sub externis signis: sed olim  
in ligno crucis, nunc supra in coelo ad dextram Patris se-  
dentem: et Spiritus Sancti efficaciam, qui in Christo et in  
nobis habitat, animas nostras pascentem ad vitam aeter-  
nam. Sic enim Christus ipse removet omnes carnales  
cogitationes de corporali presentia et manducatione.  
Joh. VI. 62. 63. Dicens: Quid si videritis filium hominis ascendentem, ubi  
antea erat? Spiritus est, qui vivificat, anima nihil prodest  
verba quae loquor vobis, sunt Spiritus et vita:  
Atsi igitur S. Coena in terris administratur: non propterea  
tamen est nuda actio terrena, sed coelestis: neque mensa  
cornicum, sed aquilarum, quae ascendunt ad victum quid-  
dam, teste Chrysostomo. Et sic Ecclesia Latina ceci-  
dit, VERSVM CORPUS habemus ad Deum. Fideles Israelitae  
in Vet. Testamento quod attinet, nisi illi manducassent car-  
nem Christi ac bibissent sanguinem ejus per veram fidem  
sicut et nos,

Sicut et nos; utiqz non habuissent vitam in eo, ut dicitur Joh. VI. 53.  
 At nihil impedit, quod tum caro Christi non fuit in rerum natura  
 ut monet C.T. Hic enim non consulenda aut audienda ratio hu-  
 mana, sed verbum Dei, quod testatur, agnum illum esse maculatum Apocal. XIII. 8.  
ab initio mundi: cum tamen nondum esset in rerum natura.

Fides namqz Patrum non nitetur rerum natura, aut entibz physi-  
 cis; quod facit ratio humana: sed promissioni divina: et fides  
 illorum erat virtutibus et substantia rerum sperandarum, teste  
 Apostolo Heb. XI. i.

Excusari igitur non potest Gregorius, quasi quod una manu por-  
 rigit, altera rursus eripiat: nisi forte statuanqz, manduca-  
 tionem spirituales ac vivificam corporis et sanguinis Christi  
 non esse veram manducationem appellandam.

Num vero declaratio Gregorius consentanea sit verbis Christi,  
 an seus, non est difficile iudicare, presertim si teneatur hoc  
 fundamentum, sacramenta esse sigilla gratie in verbo Dei ob-  
 lata ac promissa, neqz Christum aliam in locum manducationem  
 et bibitionem spirituales et vivificam corporis et sanguinis  
 sui instituisse, atqz ad confirmationem fidei nostre externis  
 veluti signis induisse, quam in Evangelio antea promiserit.

Nullo modo vero corporalem in Evangelio rejectam, inuti-  
 lem, immo adeo perniciosam corporis sui manducationem  
 instituere voluisse: Impii vero teste Paulo, corporis et sanguinis

Domini rei fiant, dum sacramenta panis et vini abutuntur. i. Cor. XI. 29.

Quod attinet ad particulas in, cum, sub: et in Gregorio non dicitur  
 de hisce solum controversi, intelligit tamen C.T. non esse ver-  
 ba Christi, sed glossas mere humanas: neqz eos, qui hisce par-  
 ticulis utuntur, servare to pulor, sicuti gloriantur.

Reprehendit itaqz Gregorius non tam quod to pulor seu literam  
 non offerunt, quam quod falso iactitare soleant, se illud ser-  
 vare, dum pro his verbis Christi, Hoc est corpus meum substi-  
 tuerunt hanc suam glossam: in hoc est corpus meum. At ta-  
 met si pretendant eandem esse sententiam utriusqz propositionis  
 tamen nemini sano id hucusqz persuadere potuerunt: siquidem

differunt ista duo: rem aliquam esse, et in se continere aliquid.  
 Falsam praeterea est, antiquos Patres particulas illas accepisse  
 de invisibili presentia et latentia corporis et sanguinis Christi in  
 terrenis elementis: aut sub speciebus illorum; quod hodie controver-  
 situr. Sed tamen facillime haec his congrui posset, si adversarii  
 veritatis et pacis essent studiosiores.

Recte insuper dicit C.T. rationem hominis esse coecam, eorum  
 rebus divinis minime audiendam, nisi scilicet a Sp. S. illuminetur.  
 Jubeat enim nos verbum Dei appetere rationalia, ac purum lae,  
 i. Pet. II. 2 habeamus cultum rationalem: neque vult Deo, ut sing irrationalia,  
 Rom. XII. i. equi et muli, sed ut habeamus exercitatos sensus ad discretionem  
 Psal. XXXII. 14. boni a malo in perscrutandis Dei mysteriis.  
 Hebr. V. 14.

At vero rationi aut philosophiae sanctae minime repugnat, si dicamus  
 Dei omnipotentiam non consistere in illis rebus, quae veracissime ipsae  
 natura et verbo patefacto adversantur: qualia sunt: mentiri, se-  
ipsum negare; simul aliquid esse et non esse; idem affirmare et ne-  
gare; et corpus unum certo loco esse circumscriptum, et simul  
non uno loco circumscriptum. Sed infinitum et ubique, hoc est, cor-  
 pus non esse corpus: consideret vero C.T. an non rationis et  
 philosophiae humanae haec sint signenta, quando a Lutheranis  
 Theologis statuitur: Coelum extra et supra hunc mundum esse

a. Brechtig de Maje-  
 state p. 162.  
 b. idem de unione  
 p. 15.  
 c. idem Respons. ad  
 Bulling. p. 23.  
 d. Jac. Andr. Thes.  
 287. Anno 70.  
 e. Musculy Artic. 5.6.  
 de Coena.  
 f. Colloquium Quod.  
 lib. 1. cap. 1.  
 g. Osiander Respon.  
 p. 12.

a. anilo delirium: b. quod Aristoteles dicit illud non esse in  
loco. c. Christum corpore suo ne nunc quidem ad eam magni-  
tudinem, quam docent Mathematici, excreverit potuisse Christum  
d. ne latum quidem unguem ascendisse ad Patrem, sed e. eva-  
nuisse in auras, f. humanitate sua esse ubique, ut ubique possit re-  
gnare: comedendum esse g. ore, ideo quia ore tantum corpo-  
ris edimus cibos. ceterum Theologi Reformati (prolostadii glossa  
 rani, tunc hoc non de pane, sed de corpore Christi interpretantes  
 quasi notet illud corpus, quod mensa assidebat, tanquam si Christus  
 dixerit, semetipsum demonstrans: Hic est meum corpus vel: Hic  
quod hic sedet, et meum corpus: vel Hic in pane est meum corpus:  
vel hoc, quod in pane latet est meum corpus. Quas glossas omnes  
 Theologi

Theologi Orthodoxi perpetuo rejecerunt, tō hoc intelligentes de visi-  
 bili pane, qui datur communicantibz: et Corpvs accipientes de vi-  
 sibili corpore, quod pro nobis est traditum: Atq; ita integram hanc  
 propositionem hoc est corpus meum in naturali suo sensu relin-  
 quant, non fingentes invisibile, quid in panem pane, sed secundum  
 mentem institutionis Christi, asserentes Corpvs ipsam esse verum  
 Christi corpus, nempe sacramentaliter hoc est, Panem esse sa-  
 cramentum seu sacrum signum et sigillum non invisibile aut fi-  
 gurati corporis Christi, sed veri et pro nobis traditi in arā crucis.  
 Etsi verò aliqui Theologi vocant sacramentum, nonnulli Fi-  
 guram, alii significationem corporis Christi, non propterea  
 tamen diversa ha sunt, aut dissentanea glossa verborum  
 Christi, sed sunt verba idem denotantia, neq; à Nostris demum  
 Theologis excogitata, sed ab antiquis Patribz eodem sensu jam  
 olim de hoc mysterio fuerant usurpata.

De Theologis Lutheranis verissime dici potest, quod diversas  
 ac dissentaneas fingant glossas in explicatione particulae hoc  
 et alius verbis Christi. Aliqui enim cum Sapistis sentiunt,  
Panem substantialiter esse corpus Christi: alii sub speciebus esse  
panis corpus Christi: alii, Corpus Christi esse in, cum et sub  
pane: alii synecdochen statuunt et verba Christi compa-  
 rant cum cantharo vini, de quo dicitur: Hic est vinum: aut  
 cum canis, de quibz dicitur: Hic est tuus infans: aut cum sacco  
 avenae, de quo dicitur, Hoc est avena: aut de crumenâ auri, de qua  
 dicitur Hoc est aurum: ridiculè planè. Quasi scilicet tam certis  
 constaret, corpus Christi esse in pane, quam certum est, e' oculis  
 cernitur, vinum esse in cantharo: infanlem esse in canis: ave-  
 nam in sacco: pecuniam in crumenâ. Sunt qui dicant, panem  
 ita esse corpus Christi, ut Eva erat costa Adami. Nonnulli cum  
 Scholasticis Sophistis individuum vagum sibi imaginantur, dicentes,  
 illud, quod hominibz manducandum et bibendum prebet, substanti-  
 aliter esse corpus Christi. Tandem verò fatentur, Christum per par-

articulam hoc non panem sed corpus suum intellexisse. Hocine verò  
est retinere tō fulvō, et lateram verborum Christi? Exhibetur  
Status contro-constat, in hoc capite non controversi; An verba Christi sint vera  
versio sed an haec sint verba Christi: in et sub pane: vel, sub speciebus  
panis latet corpus meum. An quia apertum est, non esse verba  
Christi, sed glossam humanam, queritur, Num haec glossa ubiq̄  
taria magis sit consentanea verbis Christi, quam altera illa anti-  
quorum Ecclesiae Doctorum Explicatio. Hic panis est sacramen-  
tum corporis mei. Sacramentum autem est sacrum signum, ut  
notum est in Ecclesia, et saepius repetit Apologia Augustana Confessionis.

#### Defensio Capitis IV. Exeges:

Ex quibus fundamentis sit iudicandum de sententia ver-  
borum Christi.

In hoc Capite Exegesis non dicit, sacramentalem interpretationem  
verborum Christi esse petendam ex articulis fidei, Decalogo et for-  
mula loquendi omnibus sacramentis communi et usitata, alijsq̄  
dictis parallelis s. scripturae: sed potius sacramentalis illius in-  
terpretationis fundamenta et causas inde debere erui et peti, non  
autem ex ratione aut philosophia humana, sicut falso crimi-  
nantur Theologi Pseudo-Lutherani. Certè quidem nulli alii  
fontes interpretandi scripturam; nulla alia regula esse potest,  
quam articuli fidei, Decalogus et formula communis omnibus  
sacramentis.

Cum igitur de verbis Coena, Hoc est corpus meum: questio sit,  
an nimirum hoc modo sint intelligenda: Hic panis est sacramen-  
tum mei corporis: an verò sic: in hoc vel sub hoc pane, vel  
speciebus huius panis latet corpus meum: Certè controversia haec  
tutius ac certius dirimi aliunde non poterit, quam ex his fon-  
tibus, de quibus paulo ante diximus.

Nec propterea tamen sequitur, Christum in institutione Coena  
non esse locutum veritatem, aut verba eius minimè sufficere  
ad dirimendam controversiam Eucharisticam: vel non esse satis  
clara et perspicua. Quin immò vehementer miramur, quā fronte  
Adversarii audent provocare ad verba institutionis, quae ipsi inter-  
pretantur de invisibili corpore Christi latente sub pane et spe-  
ciebus eius.

verbis ejus: qua certe glossa in nullo Evangelista reperietur. Jicriō  
 vi veritalis compulsi in has angustias sepe rediguntur, ut non da-  
 bitent in hac verba orumpere: Eum, qui in solis verbis Christi ve-  
 lit acquiescere, continuo futurum Calvinistam. Itaq; volentes  
 evitare Calvinismum pro firmamento corporalis presentia  
 excogitarunt UBIQUITATEM, absq; quā Majestate sui corporis  
 jam inde à conceptione sua Christus, uti foveriant, in primā  
 coenā discipulis suis non potuerit dare comedendum corpus suum,  
 et bibendum sanguinem suum. At qui hoc idolum ubiuitatis  
 non adorant, eos vel Magicos Sapietas esse clamitant, vel Zwingli-  
 anos veros et in cute. Præter illud subsidium ubiuitatis etiam  
 nituntur omnipotentia dei, variis modis efendi in loco: de qua  
 dei ubiq; presente et regnante. Ex quib; liquet, quid sentiendum  
 sit de illis Theologis, qui plenis buccis regere solent verborum Cri-  
 sti perspicuitatem.

Protocol: Maul-  
 brun: lat. p.  
 140.

Concord: p.  
 302: b.

Defensio Capitis V. Exeges.

Utra Expositio verborum Christi cum articulis fidei consentiat.

In hoc Capite Exegesis scripsit, Humanitatem Christi non esse  
 infinitam et incomprehensibilem, neq; uno tempore in plurib;  
 quam in uno loco consistere, nec esse visibilem pariter et in-  
 visibilem: sensibilem et insensibilem, ipsam etiam deitatis essen-  
 tiam nunquam visibilem simul et invisibilem, comprehensi-  
 bilem et incomprehensibilem, sed perpetuo manere invisibi-  
 lem et incomprehensibilem.

Quam doctrinam C.T. arbitratur pugnare cum incarnatione  
 Filii Dei, eo quod humanitas Christi vi unionis hypostati-  
 ca non sit uno tantum in loco finita, quemadmodum coetera  
 creatura, et circumscripta: sed simul infinita et in pluribus  
 vel omnibus locis presens. Opinionem hanc de ubiuitate carnis  
 Christi diximus supra, excogitasse eos, qui alia ratione corpo-  
 ralem presentiam Christi in coenā non potuerunt demon-  
 strare. Aolem; proinde C.T. per lubricum hoc fundamentum

plenum absurditatibus et contradictionibus à veritatis doctrinâ aduersi  
et figmentis istis humanis inveniunt. Nam commentam hoc ubi ubique  
non solum evertit plurima dicta S. scriptura, sed et omnem nobis  
eripit consolationem. Quomodo n. stante hoc ubi ubique portento  
Christus Frater noster erit? quomodo nobis per omnia similes, ex-  
cepto peccato? certe necessario consequitur, humanitatem Christi  
tempore incarnationis seu humilitatis <sup>signis</sup> sua jam inde à conce-  
ptione usque ad ascensionem cum Filio Dei non fuisse persona-  
liter unitam, siquidem Christi, ut testatur historia Evangelica  
secundum humanam suam naturam certo loco fuit circumscri-  
ptus, nunquam verò simul presens duobus aut pluribus locis: multo  
minus simul finitus et infinitus, visibilis Hierosolymis in templo  
et invisibilis Roma aut Athenis, atque ita ubique. Quod non  
nulli Theologi temerè affirmare non dubitauerunt. Ine mani-  
festa contradictiones expressè repugnant patefacto Dei verbo,  
et omni veritati coelesti. Nam falsitates istas Deus neque de  
assumpta humanitate Filii sui, neque de essentia sua à nobis  
vult credi. Neque profecto ex eo, quod C. T. infert, de in-  
comprehensibili  $\delta\epsilon\upsilon\omega$  seu Filio Dei, qui simul visibilis et  
incomprehensibilis in terris fuit, ullo modo probatur, Deum  
absolutam essentiam suam, sed Deum manifestatum in carne,  
nempe Christum Filium Dei et Mariam, invisibilem et incom-  
prehensibilem esse secundum suam divinitatem, et simul  
quoque visibilem et comprehensibilem secundum humanam  
suam naturam. Utrumque verò de unâ naturâ seu diviniâ  
seu humanâ simul affirmari nequit. Quod olim antiqui Sabæi  
contra Hæreticos Nestorium et Eutychem luculentè demonst-  
ravit. Non igitur pugnat cum incarnatione Filii Dei, vel hu-  
manâ Christi naturâ, quando secundum verbum Dei et ar-  
ticulos fidei verè statuimus, naturam divinam esse infi-  
nitam et incircumscriptam: humanam verò finitam et circums-  
criptam; sed tum demum incarnatio Filii Dei et humana  
Christi natura verè tollitur, quando sub præceptu Majestatis  
docetur, humanam naturam Christi simul esse finitam et infi-  
nitam

Brentius de  
unione p. 7.

nitam; esse naturam humanam et simul non esse naturam  
 humanam; hinc sententia, quia veritati est contraria, cedit in  
 contumeliam Christi, licet sibi fuis Majestatis et gloria defendi so-  
 leat. Caeterum divinitatem Christi etiam extra humanitatem  
 implere coelum et terram, et nihilominus tamen personaliter  
 illi unitam permanere, non docetur tantum in Exegesi, sed etiam  
 Catechesi, quin immo idem passim testatur verbum Dei, quoties  
 Christum uno loco presentem facit secundum humanam natu-  
 ram, et alibi eundem dicit omnipresentem et ubique, sciendum  
 naturam divinam. Eodem modo loquuntur scriptores Eclesia-  
 stici, et antiqui Patres: eam scilicet ob causam, quod Deitas  
 cum sit incomprehensibilis, et ubique tota praesens, neque in assumpta  
 sua et incomprehensibili humanitate inclusa, neque ab ea  
 ullo modo divelli potest. Nec sequitur propterea, totum do-  
 gma non esse incarnatum, aut totam plenitudinem Deita-  
 tis non inhabitare in Christo. Nam ratio humana talem  
 sibi imaginatur Deitatem, cujus pars aliqua sit hic, pars  
 alia ibi: atque inde sic concludit: si Logos etiam est extra  
 suam carnem, aut non totus est in ea, aut totus ab ea sepa-  
 ratus: ac per consequens, ut humanitas cum toto Logos  
 uniat, necesse est, aut Logos esse in humanitate in-  
 clusum, et nusquam extra illam, aut humanitatem cum  
 infinito Logos simul etiam esse infinitam et ubique. Qui  
 discursus non tantum tollit infinitam Dei essentiam, sed  
 etiam evertit articulos fidei catholicae. Illam igitur ex ani-  
 mo detestamur, cognoscere cupientes ex Theologo aliquo libi-  
 quitario. Annon totus Logos dicatur incarnatus, et tota  
 plenitudo Deitatis habitavit in Christo tunc, quando pu-  
 erulus Jesus secundum tenellam suam carnem tantum  
 esset in utero matris: secundum inconprehensibilem vero  
 suam Deitatem etiam extra uterum matris implevit coe-  
 lum et terram? Quamquam minime nos lateant syco-  
 phanta et effugia eorum, qui humanitatem Christi etiam

Cassianus l. j. de incarnatione.

Syllogismus ra-  
tionis humanae.

Brentij contra  
Hulling: p. 7. et  
Recogn: p. 122.

in utero matris cum deitate ubiq; presentem facere non dubitant,  
eo ipso abnegantes veram Christi nativitatem. Frustra enim  
pretendant humiliationem carnis: que dolor non dividit, neq;  
dissolvit personalem unionem, ita ut duae naturae à se invicem  
divellantur.

Communicationem vel effusionem divinarum idiomatum in na-  
turam humanam merito rejiciunt nostri Theologi, quod non solum  
contraria sit sacrae scripturae et synodis oecumenicae, sed confundet  
quoq; duas naturas in Christo, immò adeò non minus overlet aet  
aboleat naturam humanam, quam divinam, si scilicet divina  
natura dicantur communicari proprietates naturae humanae.  
Siquidem non modus duntaxat recipiendi proprietates, sed propri-  
etates ipse duas naturas distinguunt. et secundum Damasenum  
nulla natura potest suscipere contrarias proprietates. Ita verò  
communicatio idiomatum, qualis fingitur à Pseudo-Lutheranis,  
nullo modo defendi potest ex similitudinibus corporis et animae,  
ferri candentis, et id genus alij. Nam neq; anima proprietates  
suas: quales sunt spiritualitas, invisibilitas, intelligibilitas, immor-  
talitas: potest communicare corpori: neq; corpus proprietates  
suas: quales sunt corruptibilitas, comprehensibilitas, visibilitas,  
irrationalitas, mortalitas: potest communicare animae, tan-  
etsi has pariter et illas in se contineat, ac per eas operetur. Si  
quoq; ignis non sit gravis, neq; ferrum sit leve, licet in ferro  
ignito utraq; insit qualitas. Fatentur autem antiqui Doctores  
Ecclesiastici, haec talia exempla non per omnia explicare mysti-  
cam duarum naturarum unionem, quibus innuere voluerunt,  
non quâ ratione duae naturae transfundat proprietates suas in  
se invicem: quae potius diceretur confusio et abolitio natu-  
rarum, quam earundem copulatio: sed quâ ratione persona  
Christi duas habeat naturas, divinam et humanam: proprietates  
item distinctas utriusq; naturae, per quas operetur tota persona.  
Nihil insuper

Nihil infuper in Gregori dicitur de coelo locali: quod ibi dextra dei sit locus aliquis: sed quod Christi corpus suum de terra vere & visibiliter elevarit sursum supra omnes visibiles coelos, neq; evanuerit, aut invisibiliter manserit in terris: verum ibi, nempe supra in coelo ad dextram dei sedeat: hoc est ibi in maiestate et gloria visibili atq; ineffabili se tanquam caput sua Ecclesiae sedaret, per quem Pater omnia gubernat, atq; ibidem maneat, usq; ad tempora restitutionis.

Atqui doctrinam hanc de ascensione Christi esse consentaneam tum S. Scripturae, tum Oecumenicis aliis Symbolis, tum demum C. T. intelliget, quando Concionatori suo Aulico, non amplius auscultabit, portentosum ubiquitatis commentum, aliasq; ete-  
 podasacadas de ascensione Christi ambrosio deblateranti.  
 Frustra namq; ad evincendam ubiquitatem sive omnipresen-  
 tiam invisibilis corporis Christi in his terris post ascensionem, allegari solent apparitiones Christi post ascensionem, ut et promissiones Christi de perpetua sua presentia in Ecclesia, quia apparitiones illae partim facta sunt in visione: partim vero non ostendant, Christum suo corpore in his terris fuisse: adeoq; fuisse in pluribus locis. Promissiones autem, juxta inter-  
 pretationem omnium Doctorum Ecclesiae, sunt intelli-  
 genda de spirituali sua presentia, in qua summa nostra consistit consolatio. Ipse namq; Christus de corporali presentia sua ait: Bona est vobis, ut ego abeam: Dico nos eum  
Martha diceremus: Domine si hic fuisset, frater meus non  
fuisset mortuus.

Quamquam vero ex animo exoptamus, scandalosas illas controver-  
 sas in articulis de ascensione, et sessione, ad dextram dei, ut  
 et de persona Christi, alio proavis silentio sopiri posse, utpote  
 in quibus Theologi utrinq; fortean limites Christianae modera-  
 tionis sunt transgressi: tamen reipsa deprehendimus, eos qui  
ubiunitarii hodie nominantur, nimis procul recedere ab  
 expressa Scripturae litera et sententia, itenq; ab indubitata

Fidei catholicae articulis, quin etiam novas et inauditas glossas  
sive depravationes scripturae ad palliandam monstrosam suam  
Ubiquitatem indices excogitare: atque ita turpiter recedere ab  
Augustana confessione. Quo nomine ipsis etiam Pontificiis  
graviter sunt exosi.

Nimirum haec est antiqua et Apostolica fides salvifica in ver-  
bo Dei et Symbolis oecumenicis Ecclesiae Catholicae, ut et Au-  
gustana Confessione fundata, quam Ecclesiae nostrae profi-  
tentur de personâ Christi, de Ascensione, et Majestate sal-  
vatoris nostri Jesu Christi: in quibus quidem articulis constan-

Antiqua fides ca-  
tholica de perso-  
nâ Christi, ascen-  
sione, et sessio-  
ne ad dextram  
rei.

ter consentimus tum cum iis, qui Augustana Confessione re-  
cte sunt addicti, quam ipsis Pontificiis statibus, qui nobiscum  
credunt aeternam Dei Filium in inseparabili in carna-  
tione sua et mysticâ duarum naturarum unione in  
personam verè factum esse hominem, et fratrem nostrum,  
nobis per omnia similem, excepto peccato, atque natura-  
rum exaequatione, confusione, divulsione, proprietatum  
permixtione aut transfusione: atque ita re et nomine  
Deum et hominem manere in omnem aeternitatem, qui  
in carne nostrâ hic in terris verè ambulavit, donec pro  
nostris peccatis mortuus est et resurrexit, ac post dies  
quadraginta de terrâ sursum visibiliter sublatus est per  
nubes supra omnes caelos visibiles in caelum beatorum  
thronum et habitationem Dei, ibique sedet ad dextram Dei  
Patris, hoc est, in summâ et ineffabili gloria, majestate,  
beatitudine, potestate ac potentia, tanquam caput sacrae  
Ecclesiae supra omnes creaturas officium suum sacerdotale  
et regium exercet per Spiritum et verbum suum, atque  
locum nobis parat, donec inde visibiliter in nubibus rediturus  
est ac nos ad se recepturus. Ut Apostolus Paulus haec omnia  
clare et perspicue sine tropis aut allegoriis explicat dicens  
i. Thess. IV. 17 Raptemur in nubes in occursum Domini in aërem, et  
semper cum Domino erimus.

Huius fidei Catholicae et Apostolicae Theologi, aliquotarii prorsus  
 contraria statuerunt, dum in publicis suis scriptis docent, Filium  
 Dei iam ab ipsa conceptione, per personalem unionem omnem  
 suam maiestatem et essentielles Divinae naturae proprietates  
 illa effudisse in suam humanitatem, ut revera sit omniscia  
 omnipotens, omnipresens & Divinae naturae per omnia simi-  
 lis, immo & participata divinitas et ipse deus factus. Item  
 & visibiliter Hierosolymis in cruce mortuum, simul tamen  
 invisibiliter ubique, scilicet quoniam etiam simul vivum ac mortu-  
 um & extra et in sepulchro, ante et post resurrectionem,  
 & in coelum, in quod ascendit, nullam esse locum, neque, factum  
 sed Deum ipsum et Dei regnum ubique in quo etiam infer-  
 nus, ubi non sancti solum, sed et ipse Diabolus cum omnibus  
 suis Angelis: Item Christum saepius in coelum ascendisse: &  
 in utero matris, cum deus caro factus esset: & in cruce  
 cum expirans deponeret formam servi: & in resurrectione  
 & in monte Olivarum: postremam tamen hanc ascensionem  
 non esse veram ascensionem: sed externum duntaxat spec-  
 tatorum spectaculum, quod humanitas eius usque ad nubes  
 exaltata: Christum & invisibilem factum evanuisse, & sese  
 occultasse, et ut non nemo loquitur, cappam sive cucullam  
 nebulae induisse: sessionem ad dextram & factam in utero  
 matris per incarnationem, nihilque esse aliud, quam cum  
 Dei Filio unionem: & immo esse ipsam ascensionem, per  
 quam humanitas evecta est ad maiestatem omnipotentiae et  
 omnipresens. Et quod id genus alia sunt portenta, Eutychia-  
 nam invehentia naturae humanae annihilationem, aut  
 Schwenckfeldianam deificationem vere naturae humanae  
 adeoque turpissimam confusionem trium articulorum Symboli  
 Apostolici, qui re ipsa inter se sunt distincti. Errores isti sin-  
 guli in libello Bergensi non tantum non excipiuntur, sed

Portentosa Doctri-  
 na Ubiquitario-  
 rum de persona  
 Christi.  
 a. Protocolli Maul-  
 brunna: et ejus Epitome.  
 b. Protocolli Tubing.  
 p. 33. 65.  
 c. Brenti: de Maje-  
 state p. 91.  
 d. Marbach de uni-  
 one, p. 197.  
 e. Brenti: de unione  
 p. 8.  
 f. Protocolli Tubing.  
 p. 228.  
 g. Brenti: de Maje-  
 state p. 90. 91.  
 h. Jac: Andr: Apol.  
 p. 60. 77.  
 i. Brenti: recogn.  
 p. 181.  
 Brenti: de Maje-  
 state. p. ibi. ibi.  
 l. Recogn. p. 156.  
 157. de Maje-  
 state p. 78.  
 m. Marbach de spe-  
 na p. 150, 151, 152.  
 n. Brenti: ibid:  
 o. Marbach Spec:  
 III. p. 32. 35.  
 p. Brenti: Recogn:  
 p. 167, 169.  
 q. Musculi Art. II.  
 VI. de Coena et  
 contr: Phys: loc:  
 p. 9.  
 r. Mathes, part III.  
 hist: de Jesu Chri-  
 sto p. 116.  
 s. Brenti: de Maje-  
 state p. 48. 76. 77.  
 t. Jac: Andr: Expos:  
 controv: p. 36.  
 u. Brenti: de Ma-  
 jestate p. 45. 81.

etiam quovis furo asserantur ac defenduntur, prout jam pri-  
dem à Theologis Reformatis et Pontificis Helvici fuit de-  
monstratum adversus auctores Concordia Bergensis, qui et  
initio novum suum Ubiquitatis signum visi sunt velle  
negare, tamen idem retinuerunt postea ac Majestatis nomi-  
ne palliarunt: quia scilicet ipsam humanam naturam Christi  
vestierunt, et hac ratione duas in Christo Deitates hore-  
corausa formarunt; quia dixerunt humanam naturam  
Christi corpore et animâ coelum et terram replere, ideô  
omnia plena esse Christi secundum humanam naturam, quod  
quid est in coelo ac in terrâ.

Quae cum ita sint, quid est cur C. T. mirari debeat libro illo Ber-  
gensi non Nostros tantum Theologos in Palatinata, sed et  
alios non paucos Augustanae Confessionis addictissimos, quos  
et ipsos Pontificios doctores, quos constat doctrinam de per-  
sonâ Christi factam tectam adhuc retinuisse, sese graviter  
opposuisse: ob inauditas scilicet illas et periculosas depra-  
vationes praecipuorum articulorum Fidei, et cum maxime  
ob monstruosum dogma Ubiquitatis, quod sub Majestatis ve-  
nerande nomine in Ecclesiam introducere conati sunt  
libri illius auctores.

Quin iminô C. T. pro sua pietate ac prudentiâ haud dubie  
intelliget, Neam propter obstinatum hanc à veritate coe-  
lesti et unanimi consensu Ubiquitatis defectionem, poenas  
illas, quibus dulcissimam patriam nostram graviter affligi  
cernimus, à nobis minimè averteaturum, ut ut speciosè  
admodum furo et magis collyriis hanc suam sophisticam  
tegere soleant, praesidentes Humanitatem Christo simul  
vivam et mortuam fuisse, sed diversimodè: fuisse omni-  
sciam, omnipotentem, omnipresentem, actu primo, realiter,  
personaliter, non autem actu secundo, essentialiter, formaliter  
habitualiter.

Ubiquitariorum  
collyria.

De Ho 1593.  
Hrotoc. Maulbr.  
p. 228.  
Præfat. lib. Berg.  
Gealach contra  
Bus. p. 61. 63.

habitualiter, subjective: in utero matris ad dextram Dei fuisse  
exaltatam, non autem fuisse ad dextram Dei: ac fuisse ubique,  
sed non actu: Divina natura quoad majestatem ac divinas pro-  
prietates fuisse exequatam, non tamen deificatam: et id genus  
alia tripartita, quæ animus horret commemorare. Coeteram  
hanc doctrinam de Ubiquitate, non esse novam, ut arbitratur  
C.T. Sed ipsissimam Catholicæ doctrinæ Christianæ anti-  
quam Confessionem, nos quidem merito dubitamus. Neq; enim  
vel in sacris literis vel œcumenicis symbolis aut historiis  
Eclesiasticis legimus illam fuisse receptam in Ecclesiâ.  
Extra controversiam quidem est, scripturam testari in  
Christo inhabitare omnem plenitudinem Deitatis: detam  
illi esse omnem potestatem in caelo et in terra: latere  
in illo omnes thesauros sapientiæ et intelligentiæ; datum  
illi esse nomen supra omne nomen, ut in nomine Jesu  
flectatur omne genu in caelo et in terra, et sub terra.  
quibus dictis partim innuitur Divina et humana natura  
Christi mystica unio personalis: partim eisdem personæ,  
tanquam Mediatoris etiam secundum humanam naturam  
exaltatis et coronatis omnium donorum sapientiæ forti-  
tudinis, potentis, gloriæ et honoris, qui non in externis  
gestibus genucationis vel apertione pilei, sed in submissione  
cordis et spiritibus consistit: super omnes Angelos et crea-  
turas denotatur. Sed inde, quod nonnullis placet, plene  
non consequitur, quatuor aut quinque proprietates Divinas  
esse totam plenitudinem Deitatis, ejuſq; corporalem inhabi-  
tationem in Christo esse earundem proprietatum transfu-  
sionem in humanitatem Christi: multo vero minus ubiq; præ-  
sentem carnem esse partem hujus gloriæ Christi. certe nas-  
ciam in sacris literis id scriptum est: neq; absq; violentiâ et  
falsâ detorsione. dictorum scripturæ tale quid exinde evincere  
poterimus. Neq; verò Confessio Heidelberg. quæ hic allegatur  
i C.T. ullo modo contrarium docet, dum mentionem facit

Coloss. 11. 3. 9.  
Matth. XXVIII. 18.  
Eph. 1. 21.  
Phil. 11. 9.

Tota plenitudo Dei-  
tatis non sunt qua-  
tuor aut quinque  
proprietates Divinæ  
de quibus ubiquitarij  
contendunt, ut omni-  
scientia, omnipoten-  
tia, omnipresen-  
tia, et vivifica potentia,  
adoratio.

Confess. Heidelb.  
Anno 1574. p. 67.  
79. 84.

Distinctionis duarum naturarum in unice Christi personam  
divinam scilicet naturam esse infinitam et increatam essentia  
sapientia, potentia: Humanam vero naturam esse finitam et  
creatam essentia: proprietates quoque suas et dona spiritus S. ac-  
cipere à Deo: tametsi dona illa multo sint excellentiora et  
prestantiora, quam omnium Angelorum aut aliarum creatu-  
rarum: siquidem neque unio personalis, neque exaltatio Mediatoris  
distinctionem illam naturarum tollit: multo vero minus ubi-  
quitas carnis eam constituit: cum certum sit, et negari ne-  
queat, ipsam humanitatem Christi esse aeternam, manere  
creaturam finitam. Interea tamen homo Christus seipsum non  
tantum possidet dona creata et finita, sed etiam increata  
et infinita divinae naturae proprietates; quatenus scilicet a-  
ternus simul ac verus Deus est, secundum infinitam et in-  
creatam suam Deitatem. Qui vero creatas pariter et increa-  
tas, naturales et supernaturales seu divinas proprietates  
triam velut generam simul attribuit humanae ipsius na-  
turae, revera ipsam tollant atque evertant humanam  
naturam, tametsi verbis id fateri nolint. Humana namque  
natura, cui divina tribuantur proprietates, revera non  
amplius est humana natura, sed ipsa Deitas, sive propri-  
etates illas habeat à se sive aliunde: sive etiam s. ut vo-  
lunt Ubiquitarii: una cum divinis retineat humanas  
proprietates, sive non: quoniam indubitato verum est, quod  
propria constituent et disernant ipsas naturas: immo quod pro-  
prietates divinae sint ipsa Deitas: unde sequeretur, humanam  
naturam Christi esse Deificatum, et creatam sive participa-  
tam s. ut Brentius loquitur: esse Deitatem: hoc est,  
humanitatem et Deitatem simul. Quae profecto sunt detestabi-  
lia portenta, ipsam Christi humanitatem evertentia: Eandem  
autem esse communionem sanctorum cum Christo iam  
inde ab initio mundi colligimus ex symbolo Apostolico, in quo  
non credimus duas, tresve, sed unam duntaxat Catholicam  
Christianam

Christianam Ecclesiam, et sanctorum communionem. Neg, vero  
 nostrorum Theologorum est additio illa Nobiscum in dicto Pauli  
 i. Cor. X. 3. 4. Sed beati Augustini, qui disertè dicit: omnes eundem  
cibum spiritualem comedunt Nobiscum. Et sic olim Bertram,  
 qui vixit tempore Caroli Magni illum locum explicat, nec non  
 plurimi alii Patres. Preterea particula Nobiscum in Exegesi  
 Ursiniana non tam est strahenda ad dictum modò allegatum,  
 quam ad alia potius ibi allegata annotata de fidelibus sanctis,  
 qui sunt unum corpus Nobiscum, et cum Christo eandem  
 communionem habent Nobiscum. Quod C. T. minime, uti spe-  
 rans, negare poterit. Et certè de generis filios esse oportet,  
 qui Abrahamum patrem omnium fidelium è communionem  
 Christi excludere velint, siue ad eò, qui minus illi communi-  
 onis relinquere cupiant, quam sibi ipsis. Neg, enim Gregorius  
 contradicit antiquis Doctoribus Ecclesie in doctrinà de frui-  
 tione vivificantis carnis Christi ad immortalitatem nostri  
 corporis. Hanc quippe vim vivificantem non corporali et  
 orali, sed spiritali fructioni iuxta scripturam tribuunt:  
 quã solã corpora nostra cum Christo uniuntur, et in illo  
 vivificantur. Nullo modo autem sequitur, quod quia corpora  
 nostra in venã Domini per vivificantem carnem Christi nu-  
 truntur ad resurrectionem, propterea ore corporis illam  
 comedamus: sicuti non sequitur, quod manus, pedes, et alia  
 corporis membra cibum corporis edant, quia per illum  
 cibum nutriuntur; Ad corporalem quippe nutritionem  
 sufficit, quod vivificus ille cibus organo nempe ore manducatur.  
 Idololatriam Missæ sacrificium non minus ex nostris  
 Ecclesiis esse abrogatum, quam ex C. T. territoris, sicut  
 non ignoramus, ita toto quoque pectore reverentiam ab omni in-  
 tionis illius fundamentum quoque radicibus, imò eradicatam  
 esse subversum. Corporalem autem presentiam Christi sub  
 speciebus panis et vini, pro quã tantis viribus in Ecclesiis  
 C. T. et libro Bergensi pugnatur, unicum esse fundamen-  
 tum et stabilimentum Missæ, ne ipsi quidem Pontificii infi-

Vide Comment. d.  
 Parisi in 1. Cor. X.

Eph. IV. q  
 Rom. XII. 5.

Joh: VI.

cias ibunt. Et manifestissime illud in Exegesi est demonstratum.  
Nunquam igitur C. T. crimen hoc constabilita missa Pontificia  
per oralem manducationem à se auolvi poterunt. Eadem est  
ratio Adorationis Papistica corporis Christi sub speciebus panis  
et vini, quam necessarius secum trahit corporalis illa manducatio.  
Neque ideo adoratio illa locum non habet, quod mandatum nullum  
habemas de adorando pane aut buccella panis. Nam neque ipsi Pa-  
piste adorationem panis aut buccella panis admittunt, sed ado-  
rationem Christi in hostia statuunt, ac de eâ disputant: Annon  
Christi sub hostia scilicet si verè sub eâ lateat, etiam debeat ado-  
rari. Ubi cumque enim Christi corporaliter est præsens, ibi eti-  
am honor adorationis ei est præstandus, secundum mandatum  
Dei: Dominum Deum tuum adorabis, et illum adorabunt omnes  
Angeli Dei. Cum igitur adoratio Christi sub hostia manife-  
sta sit idololatria, merito ab omnibus Theologis Evangelicis  
damnata. Utique non videmas, quâ conscientia C. T. Theologi  
corporalem Christi præsentiam sub externis elementis usque et  
usque fidelibus Christianis pergant obtundere: in quâ nihilominus  
Christum non adorant: quin immo Papistæ eo nomine  
idololatria accusare non erubescunt: ac nihilominus eos, qui  
Bergense idolam acceptare recusarunt, superciliosè traducunt.  
Exegesis autem Ursiniana non urget adorationem humanitatis  
sub pane et vino scilicet: quam prorsus rejicit: sed corporalem præ-  
sentiam, quâ stabilitur adoratio carnis Papistica, refutat.  
Utraq; enim simul et stat et cadit: ac quia adoratio sub pane  
est idololatria, talem quoque et illam necessariam est. Quæ verò  
nostrorum Theologorum sit doctrina de adoratione Christi, et-  
iam secundum humanitatem, prolixè ostenderunt in Admonitio-  
ne de libro Bergensi: ubi aperte fatentur, totum Christum  
Deum et hominem nostras preces expandere: ac proinde ab  
omnibus fidelibus rectè adorari, absque tamen naturarum confu-  
sione: sicut in totum quoque Christum credimus; ibidem etiam  
Bergenses

Bergenses Theologos arguunt mendacii, quod passim nostros Theologos traducant, quasi doceant, Christum hominem vel humanitatem eius non esse adorandam. Ubi simul quid de sententia Lambertii Dani statuant, satis explicant. Neque debent, quin C. T. eam libens sit approbatura: modo verba apologie Erfurtensis penitus considerare signata fuerit, quando in hunc modum scribunt. Hocemus ac dicimus, carnem sive assumptam naturam humanam Christi, si absolute secundum se etiam in ipsa unione personali, tanquam nuda creatura consideretur, non posse nec debere adorari. Hoc ipsum sentit Danus Exam. lib. Demnid. p. 415.

Hinc liquido patet, Patres Bergenses et Apologetas Erfurtenses ex uno ore posse flare calidum et frigidum, nec tam curae illis esse studium indagande veritatis, quam qui odium suum erga conservos explere queant.

Defensio Cap: VI. Greges.

Utram sententiam verborum Christi admittat doctrina de Sacramento et de Coena Domini.

In hoc capite reprehenditur a C. T. quod fundamentum Coena Domini deducitur ex doctrina generalis omnium sacramentorum. Sed nihil agit C. T. Nam doctrina sacramentorum in genere, ac fundamenta inde deducta non sunt ruinosae aut arenae, ut loquitur C. T. Sed potius summe necessaria in verbo Dei, tam Veteris quam Novi Testamenti, ut et Augustinus Confessionis et ejusdem Apologia per omnia conspiciantur, ut prolixè supra ostensum est.

Facilius enim a C. T. dicitur, quam probatur, sacramenta sacramentales locutiones esse figuratum humanum: Nam exemplo figuratum humanum illarum quam plurima extant in sacris literis et antiquis Eucharistiae Doctoribus. Et sane expresse Christus panem nominat corpus suum, et vinum sanguinem suum, quod nihil aliud est, quam nomina rerum promissarum tribuere ipsis externis signis.

Firmam quoque manet alterum fundamentum, fructum scilicet benedicti panis et vini esse sacramentum sive sacrum sigillum illius ipsius fructus corporis et sanguinis Domini, quae in Evangelio nobis promittitur, siquidem Coena non minus quam alia omnia sacramenta est visibile verbum. Verbum autem non promittit aliam fructum, quam spirituales et salvificas illam corporis et sanguinis Christi, respicit vero oralem manducationem et bibitionem.

Nec, ulla ratione labefactari poterit tertium argumentum. Omnia sacramenta ejusdem foederis seu promissionis gratia, visibile signa et sigilla esse; eademque, invisibilia beneficia in omnibus promitti, exhiberi, confirmari.

Rom. 11. 28.  
Deut. xxx. 6.  
Joh. 1. 33.  
1. Pet. 1. 21.  
1. Cor. 11. 6.

Ut nec quartum illud: In omnibus sacramentis res visibile, dari corporaliter ex manu ministrorum Ecclesiae; invisibiles autem spiritualiter, hoc est, veram fidem in Jesum Christum accipi, virtute et efficacia spiritus Sancti. Nimirum veritatem hanc ipsa sacra scriptura confirmat, contrariam autem falsitatem aperte refutat.

Solidum quoque est fundamentum quintum; Infidelibus sacramenta non esse sacramenta, hoc est, sigilla gratiae, eorum illis nihil conferant aut prodesse, quia extra verum usum sacramenti; qui non fit absque fide; nihil habet rationem sacramenti. Sic Paulus reprehendit idololatrias Corinthios, fulmineam hanc contra eos sententiam pronuntians 1. Cor. X. 21. Non potestis mensae Domini esse participes, et mensae demoniorum. Externe quidem poterant sumere Coenam simul et idololatria; sed internam rem promissam et in sacramentis confirmatam sine fide non poterant accipere. Impertinenter vero dicta S. scriptura in Ephesensibus contra manducationem impiorum allegari, nemo dicet, qui sepositis omni praesidio paulo accuratius singula examinaverit. Notandum namque Pauli 1. Cor. XI. 27. disertè agit de indignis, qui reficiunt corpus et sanguinem Domini, indigne manducantes, non corpus et sanguinem Christi, sed panem et vinum. Sic enim loquitur Paulus

Paulus: Qui edit panem hunc indignè, reus est corporis Domini.  
 Non dicit: Qui indignè ederet hoc corpus, dictum verò Johannis  
 VI. 63. Caro nil prodest non Nobis demum Theologi, sed jam  
 olim Tertullianus, Cyrillus, Augustinus et alii, de nullà alià  
 carne sunt interpretati, quam Christi, si quis scilicet eam ore  
 velit edere, de quo esu corporali ibi agit Christus contra Caper-  
 naitas. Neq; ullis cavillis eludi poterit sextum fundamentum,  
 si sicut volunt Ubiquitarii: corpus Christi corporaliter est in  
 pane, et sanguis corporaliter est in poculo: necessariò illa  
 duo sicut corpus et sanguis Christi: sunt separanda, non minus  
 atq; panis à vino distinguitur in Coenà: sive crassa sive  
 subtilis fingatur manducatis oralis in et sub externis sym-  
 bolis. Quòd verò Christus juxta scripturam non moriatur  
 amplius, utiq; corpus et sanguis ejus in aeternum essentialiter  
 nunquam separari poterunt. Igitur non possunt corpora-  
 liter in et sub diversis symbolis edi ac bibi. Rom. VI. 9.

Defensio Capituli VII. Exeges.

Quam interpretationem verborum Christi alia scriptura  
 loca admittant.

In hoc capite instituitur comparatio verborum Lucæ et  
 Pauli: Hoc poculum est novum Testamentum in meo san-  
 guine, qui pro vobis est effusus: cum verbis Matthæi et  
 Marci: Hic est sanguis novi Testamenti, qui effun-  
 ditur pro multis. non eà fini, ut verba Matthæi et Marci  
 obseurentur per verba Lucæ et Pauli: aut quasi negetur  
 Christum suum sanguinem nobis dare bibendam. Quòd utiq;  
 fatetur Exegesis Ursiniana fieri in legitimo usu Sacramenti.  
 Verum idcirco verba illa inter se comparantur, ut hoc  
 per illa illustrentur et explicentur. Liquidem scriptura  
 cum scriptura est conferenda: in quâ scilicet agitur de  
 uno eodemq; argumento. Eundem igitur habebunt sensum  
 et hæc et illa verba, quæ de eadem re agunt. Verba verò  
 Lucæ et Pauli, nullum alium admittunt sensum, quam sa-  
 cramentalem, quia poculum visibile, seu vinum in poculo  
 est Novum Testamentum seu Fœdus, hoc est reconciliatio

omnium Fidelium cum deo in sanguine Jesu Christi non alio modo dici potest, quam sacramentali; quia nimirum istius reconciliationis est sacramentum et sigillum. Ob eam causam in verbis Matthaei et Marci particula HOC notat visibile poculum seu vinum in poculo: ac proinde tota locutio de poculo et pane non aliter quam sacramentaliter intelligi potest. Non verò de essentiali et in poculo latente sanguine Christi, adeoque nec de corporali potu vini debet aut potest accipi, ut fuse id demonstratur in Exegesi. Magna igitur fit error in verbis Christi, quando dicitur, sanguinem Christi esse in poculo et vino, quod neque ex Evangelistarum neque Pauli verbis adstrui potest. Certum namque est, Christum, cum illa verba pronunciaret, sanguinem suum tum nondum profudisse, qui non erat in poculo, sed in sanctissimo suo corpore adhuc haerebat. Constat item, non unum duntaxat esse tropum in verbis Lucæ et Pauli, sed geminum: Nam primo poculum sumitur pro vino in poculo, per usitatum Synecdochen: deinde poculum sive vinum in poculo appellatur Novum Testamentum in sanguine Christi per sacramentalem sive metonymiam, sive aliam tropum, quocumque nomine appetetur. Secus enim dicendum foret, materiale poculum, aut vinum in illo contentum essentialiter esse Novum Testamentum: quod nec verum est, nec ullam in se continet consolationem. Verum nihilominus manet, Christum in legitimo usu bene veram suam sanguinem non Veteris sed Novi Testamenti, quod in remissionem peccatorum in cruce pro nobis profudit, nobis bibendum dare, quancquam et illud verè dicitur, poculum sive vinum in poculo non essentialiter esse, nec essentialiter in se continere sanguinem Christi, sed sacramentum duntaxat illius esse. Dictum Pauli I. Corinth. X. 16. Panis fractus est communio corporis Christi, non Nostri modo Theologi, sed jam olim Doctores Ecclesie interpretati sunt de spirituali communionis corporis

corporis et sanguinis Christi, quam Coena in vero ac legitimo usu  
 representat, sicuti in Exegesi id fusiús exprimitur. Verba namq[ue]  
 Pauli de corporali participatione aut orali manducatione corporis  
 et sanguinis Christi in vel sub specieby panis et vini nullo modo  
 possunt intelligi. Loquitur namq[ue] Apostoly de tali communione  
 per quam omnes sumy unum corpus x.ri. Orali vero participatio  
 et manducatio ita est comparata, ut per illam non omnes fiant  
 unam corpus in Christo, aut inter sese; quodq[ue] simul possit con-  
 sistere cum Haemoniorum participatione. certe haec planissime  
 repugnant verbis Pauli, in quib[us] non dicitur. Non decet vos s.  
sed Non potestis simul bibere poculum Diabolorum et poculum  
Domini; quemadmodum loquitur etiam Christus. Non potestis Matth. VI.  
servire Deo et Mammona. sic igitur non tantum indecorum  
 sed et impossibile esse dicit Paulus, ut ista duo simul consistant.  
 Nostros vero Theologos negare spirituales communionem  
 per panem et poculum Coena fieri in legitimo usu, dicentes  
 eam fieri per veram fidem, virtute et efficaciam spiritus  
 Sancti, nulla consequentia evinci potest, ei quod interna  
 et externa media five cause hujus communionis sese non  
 evertunt aut tollunt: sicut non sequitur, justitiam propterea  
 non esse ex Evangelio, quod ex vera fide proficiatur. Neq[ue]  
 ex verbis Pauli probari potest, Paulum de tali communione  
 loqui, cujus tam p[ro] fideles, quam impii infideles, quod de pane  
 edunt, revera fiant participes. Non enim simpliciter ait  
omnes sed Nos omnes, sese haud dubie non numerans in-  
 ter infideles, sed loquens de efficaciam sacramenti in vero  
 usu, qui non fit sine fide.

Defensio Capituli VIII. Exeges.  
Quid sit verum et orthodoxorum Ecclesia Doctorum  
interpretatio verborum Christi in S. Coena.

In hoc Capite C. T. culpam Exegesi Ursiniana[m] quod Ecclesia  
 Doctores et scripta antiquorum Patrum mutilata et imper-  
 tinenter inibi allegantur: neq[ue] tamen vel unum ejus cri-  
 minis falsi exemplum in medium adferre signata est. Et si  
 vero nos non minus quam C. T. scripta illa Patrum, in  
 quib[us] C. T. fidenter affirmat, stabiliri et confirmari corpo-  
 ralem manducationem corporis et sanguinis Christi in et

sub speciebus panis et vini, nec ipsi legimus, nec legendi quorum copiam habemus, tamen totum hoc negotium merito discutendum relin- quimus doctioribus Theologis, quibus id cura erit, ut veritatem huius Ecclesiastici consensus manifestò demonstrant.

Acquiescimus igitur merito in unicâ normâ fidei, nempe verbo Dei: nec cogitamus in Ecclesiis et scholis nostris ullam admittere doctrinam, quæ vel verbo Dei, vel orthodoxo consensui Anti- quitatis repugnet. Nec propterea tamen videmus, quare C. T. in hoc capite tantopere accuset Exegesis; cum aperte profi- teatur, se nihil solo fundamentis sacre scripturae, atque ea dicta de Cœnâ Domini allegare, quæ in se sunt manifestissima quæque loquuntur expressè de esu ac potu sacramentali: sive spiritali, quemadmodum omnes sereni Patres et Doctores Ecclesiæ interpretantur Caput VI. et XV. Johannis de spiri- tuali unione cum Christo.

### Defensio Cap: IX. Exegesis:

Doctrinam nostram de Cœnâ Domini Confessionis Au- gustanæ: ejusque apologiæ minime adversari.

Hoc vero C. T. accusat Exegesis, et et admonitionem Neustadia- nam, quod Augustanam Confessionem, nec non apologiam ejusque Authores minus honorificè ac candidè allegent. Sed C. T. pro sua prudentiâ facile judicabit, parum id facere ad rem: cum præsertim vel non satis fideliter, vel mutilè verba tum Exe- gesis tum Admonitionis referantur: vel adeò ea inde in medi- um adferantur, quæ nihil contineant ignominiosè dictum sive in Confessionem ipsam, sive in Authores ejusdem; et satis ac se- per se excusavit eo nomine et admonitio et ejus Apologia in præfatione, nec non Exegesis ipsa. Quin potius re ipsa osten- di potest, à Theologis Ubiquitariis Augustanam Confessionem summis sæpè affici ludibriis, et magnam ansam ab ipsis præbe- traducendi non solum Confessionem et Authores ejus, sed et ipsos Principes Evangelicos. Notum quippe est, quas calumnias Papistarum excitaverint à Theologis, qui nonnulli protestanti- bus Principibus authores fuerunt, Confessionem Anno MDCXXXI. primò publicatam

publicatam mutandi et emendandi, ac postea mutationem eam  
 in publicis imperii Comitibus ac conventibus confirmandi, quibus  
 post solennem religionis pacem, quam vocant, stabilitam, ean-  
 dem mutationem revocarunt, atque in aliud multo obscurius  
 exemplum redegerunt, periculosisque paucorum aliquot Theolo-  
 gorum interpretationibus insertis interpolarunt, ac tandem  
 sub amabili nomine Concordia promulgaverunt, operam id  
 inique dantes, ut inter unitos status et Principes Evangelicos  
 dissidia seminarentur, atque ita varii ac novi errores in Ecle-  
 sias ac scholas non sine infirmorum scandalo introduceren-  
 tur. Quo facto id effecerunt Turbatores isti, ut ab anno xxx.  
 ad annum usque Lxxx. genuina et constans Augustana Con-  
 fessio nulla amplius extaret, nec etiamnam extet. Nam  
 consensus ille in articulo III et X. inter Papistas et Evangeli-  
 cos, qui tunc in Comitibus Augustanis coram Caesarea Majestate  
 fuit approbatus, hodie minime auditur: postquam scilicet  
 in doctrina de persona Christi a vera doctrina Ecclesiae  
 et Symbolis oecumenicis plerique declinarunt, omnibus ~~modis~~  
 saeculis inauditum, et ab ipsis Papistis rejectum et damnatum  
 de Ubiquitate carnis Ecclesiae obtrudentes dogma. Negant  
 praeterea idem Theologi, in Confessione mentionem fieri  
Transsubstantiationis panis in corpus Christi, verbis illis  
 Confessionis: sub speciebus panis et vini, quae propriissime  
 Transsubstantiationem important, quae ab ipsa Caesarea  
 Majestate in Comitibus Anno xxx. iuratae fuerunt appro-  
 bata; adeoque a Pontificis tunc de sua Transsubstantiati-  
 one fuerunt accepta, intellecta, sicut nec hodie aliter  
 intelliguntur.  
 Enim vero si olim a Protestantibus Articulus III. de Ubiquitate  
 postea demum introducta, fuisset acceptus; nunquam pro-  
 fecti Pontificis illum approbassent: quod sane si fatente id Apologia

ab illis tunc factum est. Verba autem illa Articuli X. Cor-  
pus et sanguinem Christi verè adesse sub specieby panis et  
vini: ipsam Transubstantiationem Pontificiam importare  
atq; astruere, testabuntur atq; tum Sapienter, tum in menda-  
ta quoq; editio prima Apologie. Nisi enim articulus ipse,  
ut ejusdem declaratio, sententiam Pontificiam præ se tulissent  
haud dubiè nunquam à Cæsareâ Majestate et Pontificiis Ordin-  
ibus approbatus: multò verò minus anno insequenti xxxi.  
à Protestantibus mutatus fuisset. Notum præterea est, in ipsa  
Apologia Papisticam Transubstantiationem disertis hinc ver-  
bis in initio fuisse receptam; quando inquit: Et conperimus  
non tantum Romanam Ecclesiam affirmare Corporalem  
presentiam Christi, sed idem et nunc sentire, et olim sen-  
sisse Græcam Ecclesiam, ut testatur Canon Missæ apud  
Græcos, in quo sacerdos expresse orat, ut mutato pane  
ipsam corpus Christi fiat. Et Vulgaris, scriptor non stultus,  
diserte inquit, panem non tantum esse figuram, sed verè  
in carnem mutari. Quæ verba Canonis Missæ, quod Trans-  
substantiationem confirmarent, Anno XL. Wormaticis  
in Conitiis communibus suffragiis à Protestantibus iterum  
fuerunt expuncta. Eodem tempore Confessio de Consilio fu-  
theri in plerisque articulis fuit emendata; idq; potissimum  
ad conservandam concordiam antea initam cum Ecclesijs  
Helveticis: imprimis verò appendix illa sive antithesis  
Articuli X. et improbant seculi docentes, prorsus fuit  
delecta. Etsi enim appendix illa propriè tangebatur Anaba-  
pistas, qui nuda signa in sacramentis statuunt, multum  
tamen videbatur perstringi etiam Ecclesias Helveticas,  
quas quamvis immeritò, accensebant Anabaptistis, tan-  
quam si et illa in sacramentis nuda duntaxat signa  
fingerent. Cæteròquin etiam non minus hodierna sen-  
sentia Lutheranorum de presentia corporali in pane, non  
autem sub specieby panis, quam Orthodoxorum Nostrorum  
Theologorum

Theologorum doctrina per illam appendicem improbaretur. Nam  
et haec et illa cum Papistica Transubstantiatione seu corporali  
praesentia sub speciebus panis et vini pugnat.

Ex his, quae dicta sunt, necessario consequitur, Articulum X. in Ori-  
ginali et prima editione aut expresse favere Papistica Trans-  
substantiationi, aut obscure et ambigue initio fuisse conceptum.  
Deinde mirari subit, quid animi fuerit Bergensibus Theologis,  
nobis persuadere cupientibus, emendatam Apologiam esse,  
quidem recipiendam, non item Confessionem emendatam: bene  
tamen nihilominus inter se convenire, emendatam Apologiam,  
et inemendatam primam editionem Confessionis. Quae sane  
absurda sunt: cum liquido constet, non tantum verba illa  
Articuli X. de Transubstantiatione panis, juxta Canonem  
Missae et Vulgari dictum, sed integram hanc periodum Apo-  
logia. Non enim improbat hunc articulum Sacrae Ma-  
jestas etc. librum Bergensem expunxisse et omisisse.

Et si vero Nos exemplo laudatissimorum Nostrorum ~~theolo-~~  
gorum fidem nostram unice fundatam esse cupimus in lapide  
illo angulari Jesu Christo et sacrae scripturae fundamento.  
Nihil tamen dubitamus subscribere, emendatae Confessionis  
et Apologiae, juxta ipsius Authoris mentem, verbo Dei confen-  
taneam, quam toto pectore credimus et ore etiam profiteri  
parati sumus: certo statuentes, hanc doctrinam Exegeri No-  
storum Theologorum nullo modo adversari, quin potius per  
omnia consentire, in articulo praesertim XIII. ut et reliquis  
de Sacramentis et eorum usu: nec nos de vero usu sacra-  
mentorum et sacrificio. Nusquam vero legimus vel in  
Confessione vel ejus Apologia novam hanc doctrinam:  
Corpus Christi esse ubique: Corpus Christi corporaliter esse in  
et sub pane: Corpus Christi manducari ore: Corpus Christi  
manducari etiam ab infidelibus et hypocritis: de quibus Apolo-  
gia aperte dicit: quod tantum quoad externa signa, non

autem quoad bona, spiritum et fidem, cum verâ Ecclesiâ, quæ  
est corpus Christi, communionem habeant.

### EPILOGO.

In Epilogo Exegesis Nostrarum Theologorum implorat piorum  
Magistratum opem atq; auxilium pro conciliandâ pace, et con-  
cordiâ in controversiis circa doctrinam de Persona Christi, et  
coenâ Domini, atq; etiam viam et modum ostendit illius  
firmiter stabilienda.

Ac certè in eâ et Nos sumus sententiâ, futuram, ut si consili-  
um illud Christiani Principes tam in Imperio Romano, quam in  
illud secuti pridem fuissent, aut etiamnum sequerentur, doctores  
scilicet viros ac pios aliquot Theologos ad negotium illud ar-  
dum utriusq; adhibentes, qui citra omne præjudicium gliscen-  
tes controversias componerent, atq; ita tandem firmam et sta-  
bitem in capitibus Religionis sancirent unionem Evangelicu-  
ram: sepositis interea iniquis illis atq; ad turbandas Ecclesias  
comparatis criminationibus, quas pro suggestu Theologi partibus  
inauditis intendere consueverunt: libertate etiam civis  
concessâ legendi Theologorum scripta: futurum, inquam,  
ut Ecclesia Evangelica tot litibus ac controversiis fissa vel  
ac lacerata facile in unum coiret, nec porro alterearentur  
de corporali presentia Christi in pane, et impiorum etiam  
manducatione in coenâ, aut de abominabili illo Sognate  
UBIQUITATIS corporis Christi: certè quidem præter et con-  
tra institutionem Christi tales errores in Ecclesiam non am-  
plius inveherentur: nec deniq; ab emendatâ et tot curis, tot  
suffragiis Protestantium castigatâ atq; annis jam quinquaginta  
sarta tectâ Confessione Augustanâ, ejusdemq; Apologiâ nimirum  
recederetur.

Adversus publicam hanc Magistratus implorationem numquam  
usq; Theologi Reformati aliquid peccaverint, Nos quidem igno-  
ramus: certo hoc affirmantes, in Electorali Palatinatu severe-  
rissimis mandatis atq; edictis sæpenumerò atq; seriò admonitos  
fuisse omnes

fuisse omnes Doctores et Pastores, ut fundamentum universae salutis nostrae Ecclesia proponerent, ac puram et incorruptam doctrinam de personâ et officio Christi, de naturâ et usu sacramentorum alijsq; controversiis traderent ex solo verbo Dei: in suggesta abstinere ab omni acerbitate, aut dissentientium insectationibus: modestè quoq; admonerent pios Christianos, ut rationes cum rationibus conferrent, ac scripta Theologorum, quae publicè prostant, cœmerent, eorum lectione nemini interdicerent. Quae omnia si Pseudo-Lutherani Theologi itidem studiosè observâssent, adeoq; etiam iudicium Domini Philippi Melanctonis: (cujus non minus hodiè fructus ac olivâ ad Ecclesiam manare possent) tam superciliosè non contempsissent, et de coeteris Articulis minimè controversis inter se missis otiosis illis disputationibus de Ubiquitate corporis Christi, de orali manducatione impiorum, fraternè convenissent, profectò natum est dubium, quin divinâ affirante gratiâ jam pridem vulnera conclamata pacis Ecclesiastica nonnihil coaluissent. Viam porrò istam concilianda pacis, quam C. T. proponit; nempe si utraq; pars acquiescat in claris et perspicuis verbis Testamenti: neq; alterius rationem humanam consulat, sed Deo gloriam et honorem tribuat, hâc fiducia, Deum, cum sit omnipotens ac verax, revera etiam prestare posse et velle, quod promissit. Nos quidem nequaquam improbamus, nihil aliud in votis habentes, quam ut utring; ad hunc ipsam scopum Theologi colliment.

At verò p̄ Christiani huc usq; pervidere aut credere minimè potuerunt, hæc esse clara ac perspicua verba Christi: Corpus et sanguis Jesu Christi latent in, cum, sub pane et vino: vel præsens est sub speciebus panis et vini: ore comeditur a pijs et impijs: prout C. T. profitetur se credere. Quin potius pro certo ac indubitato asseverabimus, verba Testamenti et promissi-

onis Christi clara et perspicua unicum hoc velle, benedictum  
panem ac vinum esse corpus et sanguinem Jesu Christi pro nobis  
traditum et effusum: hoc est sacram sfigillum sive Sacramentum,  
in quo omnium fidelium Christianorum animas crucifixo corpo-  
re et effuso sanguine, verè virtute et efficacìa sui spiritus, vellet  
passere ad vitam eternam: ut maneat in ipso, et ipse habitet  
in illis per veram fidem, sicut in Evangelio promisit.  
Quod igitur ardua hæc questio ex fundamentis verbi divini  
non satis solidè explicatur, facile C. T. intelliget, controver-  
sias illas salvà multorum piorum conscientia, et innocen-  
tiam iniqua condemnatione, nunquam posse decidi; præsertim  
si altera illa via concordia in Exegesi à Nostris Theologis,  
ut et iudicio S. Philippi Melanctonis monstrata, locum  
minimè habere debeat. Etsi enim iudicium illud proprie-  
tis temporibus, quibus scriptum fuit, convenit, par tamen est  
ratio cause quoad fundamentum. At quia Author iudicii  
presentiam corporis Christi in pane, vel omnibus locis, non  
minus ac Transsubstantiationem panis in corpus Christi,  
aliasq; id genus absurdas Theologorum phrasas expressè im-  
probat: et Palatinarum Ecclesiarum doctrinam ut orthodoxam  
approbat: nec non aliis suis scriptis satis mentem suam aperit  
seius quam videtur ejus ingratis discipulis: tanto minus da-  
bitur, doctrinam illam, quam hætenus in Ecclesiis et schi-  
lis Theologi Nostris tradiderunt, ab illis fuisse improbatam  
et rejectam.  
Quamquam verò C. T. sententiam ac petitionem de refor-  
mandis Nostris Ecclesiis ad exemplum Parentis Nostris piden-  
memoria, satis superq; intelleximus: tamen in negotio tam  
arduo et cum multorum piorum scandalo conjuncto nihil  
præcipitandum esse iudicamus, idq; his potissimum de causis.  
Primo quòd iniquissima illa et atrocissima accusationes  
adversus Nostras Theologos planè sunt confictæ et falsæ: quas  
scilicet

scilicet verba Filii Dei in falsum detorquerent sensum; Ita-  
 jestatem et gloriam, quae data est humanitati, temerarie nega-  
 rent, non concedentes corporalem praesentiam in pane, et ora-  
 lem manducationem corporis latentis in pane, aut sub spe-  
 ciebus panis; rejicientes item ubiuitatem corporis Christi,  
 utpote verbo Dei prorsus contrariam.

Deinde, quia gravissimi illi errores de personâ Christi, de  
 universali ejus merito et satisfactione pro peccatis totius  
 mundi: de Baptismo: de praedestinatione et electione  
 filiorum Dei ad vitam aeternam, ab Ecclesijs Reformatis  
 satis superque sunt confutati: quorum proinde confutati-  
 onem ante examinari oportet, quam iniquis ac fervidis  
 accusationibus turbulentorum hominum locus detur.

Tertio Non sine causâ notam illam Reformationem  
 formidamus, quae tot periculosas opiniones secum impor-  
 tat, quas Bergenſes Theologi recens in Ecclesiam invexerunt.  
 Nam praeter nova illa dogmata de personâ Christi, de  
 coelo; de ascensione ad caelos, de sessione ad dextram  
 Dei; plura alia fymenta fidei Catholicae prorsus con-  
 traria in medium attulerunt: quin et clara et perspi-  
 cua verba Testamenti non observant, uti quidem glo-  
 riantur, sed humanis glossis atq; interpretationibus de-  
 pravant. Quae omnia partim veterem sapientiam Scla-  
 gianismum, partim idololatricum Sapismum, dum disertim  
 scribunt. Per meritum et satisfactionem Christi omnes  
promiscue homines sive credant, sive non credant, cum  
Deo esse reconciliatos. Item praeter remissionem peccato-  
 rum, quod in Evangelio solis credentibus promittitur, esse  
 aliam etiam generalem. idem Neminem damnari ob sua  
peccata, sed tantum ob incredulitatem: quasi verò incre-  
dulitas non sit peccatum. item Aqua Baptismi mysticam  
inherere vim, quâ Baptizatis gratia Spiritus Sancti

conferatur. item Hypocritas infideles per baptismum non mi-  
nus ac fideles regenerari in filios Dei. item sanguinem Jesu  
Christi non pertinere ad substantiam baptismi. item gratiam  
baptismi, fidem et regenerationem esse rem incertam, quae si  
detur, statim iterum amittatur. item nullam esse praedestina-  
tionem quoad Dei consilium, neque certum numerum salvandorum.  
Huber. thes. 789. Deum omnes homines demum post lapsum Adami in  
1001. Christo elegisse et in gratiam recepisse. Deum ab aeterno  
Idem. Th. 786. providisse, qui per fidem gratiam essent accepturi, et in  
ea perseveraturi, vel non. Fidem esse causam et non effe-  
ctum seu fructum nostrae Electionis.  
Quae doctrinae falsae evertitur sane omnis consolatio, ut et  
articulus primarius de justificatione per fidem: atque ita Pe-  
lagianismo fenestra aperitur. Haec erronea dogmata Sa-  
rentem nostram, benedicta memoriae, minime approbasse  
certo cognovimus. Utri enim celsitudo eius cum non nullis  
Principibus Protestantibus, amore scilicet concordiae et paci-  
colenda, libro Bergensi tandem subscripsit: tamen ubique  
latem et illi annexos errores lanculum et subdole libro Con-  
cordiae ~~illius~~ infartos una cum plurimis aliis Protestantibus  
Principibus manifeste rejecit, neque ex illo Ubiquitatis portenta  
enata dissidia et Principum distractionem ullo modo con-  
probarit. Neque verò dubitamus, Parentem nostrum libro illi  
Bergensi nunquam fuisse subscripturam, si Theologi illi  
aperte Ubiquitatem tunc fassent professi, quod postea ab  
illis factum. Pelagianicum illud an Lapisticum fermentum  
quod attinet, notum est, post mortem demum Parentis nostri  
à D. Jacobo Andrea et discipulis eius ad opprimendas et  
turbandas Ecclesias Reformatas fuisse excogitatum et in  
Ecclesias introductum.  
Quare bonae fidei conscientiam, aliisque rationibus longe gra-  
vissimis permoti tam tetras doctrinas, verbo Dei per-  
te repugnantes in Ecclesias nostras et scholas non posse  
introducere: coeteroquin astatim satisfacturi supremis  
votis ac

votis ac desiderijs Celsissimi Patris Nostri ac et Matris; Nullam  
 aliam gloriam et laudem affectantes, tum apud Deum et sanctos  
 Angelos, tum apud Evangelicos Principes, adeoque omnes sacri Ro-  
 mani Imperij Praeeres, tum denique apud dilectos nostros subditos  
 quam si iuxta expressum et infallibile Dei verbum in scripturis  
 Prophetiis et Apostolicis manifestatum itque ad hanc normam  
 approbatam Confessionem Augustanam, ejusdemque Apologiam,  
 Kemplicam, Ecclesias et Scholas Nostras gubernemus, omnesque  
 praedictos errores nec ipsi credamus, nec in Ecclesiis et scholis  
 nostris toleremus. At quamvis nonnulli vel ex ignorantia  
 vel ab alijs temere induci et persuasi veritatem doctrinae or-  
 thodoxae in Reformatis Ecclesiis averfentur, adeoque Ecclesias  
 Nostras praesertim ac velint ad normam libri Bergensis  
 institui: nihil id tamen vel novum vel mirum Nobis accidit  
 cum historia sacra piorum Regum aliorumque testentur, ab  
 omni aeo maximam partem hominum salutaribus Reforma-  
 tionibus cultus divini restitisse: ac suos errores potius defen-  
 dere ac tueri voluisse, quam veritati locum dare. Qui tamen  
 seculis a Nobis sentiunt, sua licet fraantur et scientia et  
 conscientia, neque a nobis vi ad acceptandam doctrinam Re-  
 formatam adiguntur: quin omni mansuetudine, quoad  
 eas fieri potest, nec, ut apparet, sine fructu a Nostrijs Theo-  
 logis erudiri solent. Sunt et non pauci in Ecclesiis Nostrijs, qui  
 non sine gemitu solent, erroneas nobis obtrudi doctrinas,  
 quibus conscientias suas nimium quantum gravari conque-  
 rantur. Horum sane merito non possumus non habere ra-  
 tionem in memoriam nobis revocantes, quas jam olim ille  
 periculosa mutationes aut novationes in doctrinam turbas  
 sederint in Ecclesiis et Scholis Archi-Palatinarum.  
 Quae cum ita sint, C. T. benevole arbitrari velimus, negotium  
 tam arduum, quod imprimis concernit honorem Dei O. M.  
 tum salutem Nostram et Subditorum Nostrorum, non  
 temere posse a Nobis suscipi. Interea nullum intermittere  
 Studium aut operam, quo cum vera invocatione Dei alij

apud animam nostram cogitemus, quid salus et nostra et subdi-  
torum nostrorum requirat, ut hac ratione non tantum coram  
tribunali Dei, sed et apud prepotentes Imperii Ordines omnes  
nostras actiones excusare valeamus. Confidimus etiam C. T. erga  
Nos et omnes Nostros eodem deinceps fore animo, quo ante  
hac semper, et Nos et Nostros benevalere complexa est; neque  
pro summa sua prudentia ullam rationem passuram, ut iniquis  
sive criminationibus sive contumeliis amplius gravemur. quod  
inimicum et apud alios Principes Imperii id unice operanda-  
turam, ut intempestiva et prepropere illa condemnatio-  
nes tot innocentem Ecclesiarum et Christianorum, pro quibus  
Christus sanguinem suum profudit, quibus in omnibus suis affli-  
ctionibus ac cruce veris genitibus eam invocant, plane tolli-  
tantur: neve tot periculosa posthac opiniones verbo dei,  
Augustane Confessionis, scriptis etiam Lutheri, Brentii et  
aliorum prorsus contrariis, sub specie vera doctrinae (ut  
vult) in Ecclesia porro disseminentur: quin potius, ut vera  
ineatur ratio, per legitimam imprimis Synodum Nationalem  
scandala dissidiorum avertendi, atque ita constantem  
concordiam in Ecclesiis Evangelicis stabiliendi. Nisi enim  
importanti clamores illi inquietorum Theologorum mature  
componantur, ac seditione scriptiones ad inquietandos an-  
nos Principum et Subditorum comparate, plane intermi-  
tantur, haud obscurum est, exinde non sine Sapiendarum  
sacris gaudis Evangelii cursum plurimum impeditum iri  
quin et lucem Evangelii jam accensam paulatim iterum  
extingui posse, atque ita ad lapatum, a quo vix liberati fuimus  
nobis tanquam ad vomitum redeundum esse. Quo facto se-  
verissima ira Dei tanto erga Nos exardescet vehemen-  
tius, quo magis ei ad agnoscendam prius concessam gratiam  
amdonexi fuimus.

Viderint ergo illi, qui Ecclesias nostras dei solum tam ac-  
be traducunt, quod supra-nominatas opiniones de Ubiqui-  
tate et orali manducatione corporis Christi in pane, ut potest  
verbo dei

304

verbo dei è diametro contrarias approbare non possumus: eam  
ne ipsi quidem ignorent, corporalem esse absq; spiritali mandu-  
catione corporis Christi in pane nihil prodesse. Viderint, inquam,  
quid supremo Iudici Christo Jesu olim sint responsum. Vale sel-  
fissime Princeps. Nosq; mutuo amore complectere. Heidel-  
berga ex Arce Nostrâ a. d. xxiii. Martij Anno M. D. XCIII.

Carissimo viro D. Johanni à Glauburgo Patritio  
Francofurtensi ad Moenam

233)

Salutem. Reddidit mihi, Vir Carissime, M. Kenneberg do-  
nam tuam, Hunnij libellum, Calvinum Judaiizantem quem  
vocat. Nondum videram, tantò igitur abs Te gratior fuit.  
Suspico ab ipso Hunnio hoc exemplum tibi per factorem  
eum, qui tibi tradidit, obtratum, ut ad me mitteres. Si tamen  
author ipse ad me miserit, pro dedicatione quid nisi honora-  
riam chartaceam ei reponam? Aurum enim et argentum  
non habeo. Stultum profectò hominis consilium, qui cum  
pro tam levido novo libello fortè talentum, aut non minus  
eo pro sua crumena aliunde emungere valuisset, socii sui <sup>similis Huberi</sup>  
illig\* Redorlo honoris exemplum si fuisset secutus, mihi eam  
absq; spe. prænii donare maluerit. At hoc in benevolentia et  
liberalitate sua poni volet: Mihi neutrà est opus. A. D. xij. Kalij  
exp. p. v. C. Percurri totum primâ nocte, crede mihi,  
nauseantissimo stomacho. In me quidem aculeos virulentia  
sue blanditijs alicubi tegit. Sed in sanctissimos Calvinii mares  
Deus bone! quam est projectissima hominis maledictia.  
quam petulanter mortuo Leoni insultat? Non est is scopy,  
quem ait, ut à meis se criminationib; vindicet, sed ut  
oleum camino infundat, hoc est, ut in Calvinii famam,  
scripta et doctrinam, nec non in Ecclesias Orthodoxas, quib;  
Calvinii nomen pro crimine impingunt, populares furores  
argumento tam odioso magis inflammet. Non sunt quidem  
novæ hæc calumniæ. Nam similes non pauci alii hætenas in